



3 1761 04409 2781

PA
8443
A1
1886





Virgilius Maro, the grammarian
"17

(VIRGILII MARONIS

I

95

GRAMMATICI)

OPERA

EDIDIT

IOHANNES HUEMER.



43361
4/11/98

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXVI.

856

PA
8443
AI
1886

PRAEFATIO.

Cum ante hos quattuor annos de Virgilio Marone grammatico fusius agerem¹⁾, de edendis his operibus nondum cogitavi. Haerebam enim, num hoc grammaticorum infimae aetatis studium tanti ubique aestimaretur quanti equidem haberem. Non deerant tamen qui mecum hac in re facerent; in his erat rei metricae investigator longe praestantissimus, Guilelmus Meyer, qui eodem fere tempore in libello illo satis claro 'Der Ludus de Antichristo' (Monaci 1882) de Virgilio artis rhythmicae doctore multa cum laude tractavit. Cum alii viri docti in una Ang. Mai editione neque integra neque emendata nitentes Virgilii praecepta grammatica eiusque genus dicendi satis tricosum examinarent²⁾ et nova editio iterum iterumque desideraretur, amicis adhortantibus non amplius repugnavi, quin ad opera grammatici illius diu multumque neglecti edenda accederem, quamquam me opus plenum periculosae aleae esse subitum habebam persuasum.

Ad emendanda Virgilii opuscula auxiliis usus sum eis, de quibus in commentatione supra laudata tractavi; accesserunt forte fortuna fragmenta quaedam vel excerpta

1) cf. Die Epitomae des Grammatikers Virgilius Maro nach dem Fragmentum Vindobonense 19556. Wien 1882. (Aus dem Jahrgang 1881 der Sitzungsberichte der phil. hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, B. XCIX S. 509 ff.)

2) cf. Paulus Geyer, Beiträge zur Kenntniss des gallischen Lateins (Wölflins Archiv II 25 ff.).

codicum Virgilianorum. Denique fontes novos alios esse patefacturos confidenter spero.

P Cod. Parisinus latinus 13026 s. IX, olim Corbeiensis¹⁾ numero 540 notatus (in margine superiore *ex Corbeiensi monasterio* legitur), tunc Sangermanensis n. 1188 membranaceus formae maioris multos latinitatis argenteae quam dicunt cum poetas tum artium scriptores continet, atque f. 1—10 *ars Euticii de verbo* (cf. Keilii Gramm. lat. t. V 477 et 'de grammaticis quibusdam latinis infimae aetat.' p. 5), f. 11^a—40^a Virgilii Maronis epitomas in fine mutilas (desinit in verba . . . *quod mihi videatur satissimum etenim duas partes praepositionem* f. 40^a), f. 40^b fragmentum cuiusdam glossarii incipientis sic: *ango stringo; amita soror matris* etc. — f. 41^a Cruindmeli artem mutilam quaternione undecima recisa (cf. editionem meam p. IV) — f. 54^a *effusum ingenii* (= Prudentii contra Symmach. praef. v. 78 — f. 73^a (FINIT CONTRA SYMM)); sequitur *Eua columba fuit* . . (= Prud. ditt. 1) et *pius fidelis innocens* (= epilogus) cum subscriptione EXPLICIT LIBER PRUDENTII METRICE ARTIS FELICITER DŌ GRATIAS AMEN, deinde *Tytiron ac segetes* (cf. Anth. lat. n. 718 R), f. 76^a INCIP DE PASIONE HYPOLITI BEATISSIMI MARTYRIS (= Prud. Perist. XI), f. 78^a *electio tibi xpō locus est* (= Perist. VIII), Aviani fabulae inc. *Dubitandi mihi theodosi* (cf. Froehneri ed. p. 1) — f. 84^a *promeruisse necem* (l. c. p. 49). Avianum excipiunt *prima deonei tollerata* . . (cf. Anth. lat. n. 641 R) et f. 84^b *Est et non cuncti* . . (cf. Anth. lat. n. 645 R) et *ut belli* . . (cf. Anth. lat. n. 392 R); sequitur ANCI MALII SEUERINI BOETHII DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE *carmina qui* — f. 92^b EXPLICIT METRICA ANCI MANILII SEUE-

1) Non est praetermittendum in catalogo vetere Corbeiensi sub numero 303 (cf. Becker, catalogi antiqui p. 191) legi *Virgilii Maronis epitoma*, sed hoc libro Aeneida abbreviatam significari mihi certissimum est.

RINI etc., deinde *Perita fandi iam progressum comprime* (= Mart. Capell. l. IV p. 136 E) — f. 100^b *quino stanto aequore ponti*, f. 101^a *disparat obtritis que nos i. r.* (= Paulin. de s. Felice) — f. 120^b *nunc opus adiutore deo solusque timendus*, f. 121^a *HN ONOMA OH KYPI*. INCIPIUNT EGLOGE DE LIBRIS GRAMMATICORUM DE LITTERA ET SYLLABA ET ACCENTU ET POSITURIS *Disciplina a discendo nomen accepit* — f. 165^b *primae coniugationis verba*, f. 161^a *Verbum est pars orationis* (*ars malsachani* in margine superiore alia manu scripta leguntur) — f. 181^b, ubi de alea quaedam leguntur; liber finitur epistola quadam ascetica f. 182 *expl ep.* INCIP *ep IOHANN* . . . (ultima verba evanuerunt).

Atque Virgillii epitomae, quae a folio primo quaternionis quintae (numerus in margine superiore depictus est) incipiunt, inscriptionem habent hanc: *ARS VIRGILII MARONIS | MARONIS VIRGILII ORIUNTUR AEPITHOMAE XV. PRIMA DE SAPIENTIA* — f. 12^b *Explicit PRIMA . incipit III* (sic) *de liteRa* — f. 13^b *Explici syllabae sunt* . . Capita sequentia, quae sunt de metris, de nomine, de pronomine, de verbo neque inscriptionem neque subscriptionem habent nisi quod f. 33^b *Explicit de coniunctatione. Incipit de numeris* legitur — f. 36^b post caput de verbo finitum *EXPLICIT VIII* — f. 37^a *INCIPIT NONA DE RELIQUIS PARTIBUS ORATIONIS*.

Scriptus est codex ab uno eodemque librario, atramento tamen vario. Ex verbis syllabis litteris erasis vel supra infraque lineas positis, denique punctis persaepe litteris appictis correctoris vel correctorum manus cognoscas. Nonnulla enim is qui codicem scripsit emendasse videtur, multo plura alius quidam ad idem exemplar correxit emendando primae manus errores, detergendo archetypi proprietates, quas correcturas omnes diligenter adnotavi. Erroribus tamen multis liber adhuc scatet sive deformitate exemplaris, ex quo hic liber fluxit, sive incuria librarii satis indocti ut videtur. Vocalium *e* et *i*, *ae* et *e*, *i* et *y*, *o* et

u, *a* et *u* permutatio in verborum syllabis primitivis et ultimis sollemnis est, unde quae nasci potuerit et saepe nata sit confusio facile intellegas. *h* modo additur, modo omittitur. permutantur etiam consonantes *u* et *b*, *f* et *ph*, *f* et *p*, *p* et *b*, *d* et *t*, *l* et *r*, *r* et *s*, *r* et *n* aliae, quae permutationum genera, cum ad pronuntiationem illius temporis vulgarem cognoscendam multum valeant, ex adnotatione critica non seclusi. Neque minus ad sermonem vulgarem attinet, quod *m*, *s*, *t* litterae finales in fine verborum modo adduntur superflue, modo omittuntur. Scripturae compendia cum librarius non intellexisset 14, 24 *tent* pro *tenent* 32, 9 *gene* pro *genere* 28, 7 *supta* pro *sumpta* alia id genus scripsit, verborum distinctiones perturbavit locis permultis ut 43, 12 *acre tenet* 18, 13 *muli lautor nores logii necare nam cessi*. denique spatia inter syllabas verbi eiusdem exstantia (cf. *sapi entia* 23, 3 *inde dicionem* 27, 22) inde explicare licet, quod librarius utpote linguae latinae non satis gnarus de conectendis disiungendisve syllabis in exemplari fine versuum distractis anxius erat.

N Codex Neapolitanus nr. IV A 34 membranaceus in 4^o foliorum 289, quorum pars prior (f. 1—91) s. IX (ut Bethmanno obiter inspicienti visum est) vel X (ut G. Meynckio, cui apographum debeo), posterior vero pars paulo post scripta est. Satis accuratam codicis descriptionem Cat. Ianellius in catalogo bibl. lat. vet. et class. manuscr. quae in regio Neapolitano museo Borbonico asservatur p. 26 confecit. Atque pars prior illa quaternionibus I—XI continetur, cum haec recentior novis numeris litteris scilicet A—I pagina recta (f. 92—167) ceteris pagina versa (f. 168—289) scriptis insignita sit. Hae variae scripturae partes variis manibus sunt perscriptae. Liber olim Romae in bibliotheca *dei principi Farnese* asservatus est; s. XII fratris cuiusdam Wigradi fuisse videtur, cuius memoriale ex folio ultimo (289^r) in commentatione supra laudata p. 16 edidi. Liber ab initio mutilatus; incipit enim verbis: *ipsam rem exprimat et a ceteris rebus seiungat* = Pompei

commentum (cf. Keil. Gr. l. p. 137, 17); plurima grammaticorum scripta continet, quae post Ianellium hic enumerare supersedeo.

Virgilii opera f. 187—205 complent. Atque epistolae, quas solus Neopolitanus servavit, foliis prioribus (187^v—205^v) complectuntur, quamquam post epitomas esse conscriptas ex auctoris ipsius verbis intellegitur¹⁾, epitomae posterioribus f. 205^r—217^r. Inscribitur epistolis (f. 1 si a Virgilio numerare inceperis) litteris his colore rubro pictis INCIPIT PRAEFATIO MARONIS — subscribuntur haec f. 18 FINIUNT BIS QUATERNE MARONIS EPISTOLAE FELICITER SALTORE²⁾ PER SCRIPTAE ///// — sequitur IN NOMINE DEI PATRIS MARONIS VIRGILI ORDIUNTUR EPHITHOME capitibus his divisae et ordinatae: INCIPIT I. DE UARIA RATIONE LATINITATIS — finit primus. INCIPIT SECUNDUS D scenderatione fonorum — finit INCIPIT IIII (sic) DE METRIS — INCIPIT IIII. DE COGNOMINATIONIBUS NOMINUM at. q. VERBORUM — finit. INCIPIT V. DE CATOLOGO (sic) GRAMMATICORUM — EXPLICIT MARONIS Virgilii. Oriuntur ephitome. orationum partes quae sequuntur non numerantur, at inscriptiones habent has: DE LITTERA (teste Maio), De sillabis — De pronomine, DE VERBO,

1) cf. epist. IV p. 156, 6. *Propter quod et ego, quia tibi de nomine ac pronomine verboque breviarias expositiones per epistolas intimaverim, inferiores quoque partes brevioribus quidem sed propriis epistolis ecplanabo, praesertim cum epitomis de IIII partibus unum feci opusculum, quae residuae sunt adverbio scilicet participio coniunctione et praepositione.*

148, 12. *Quod et ego in epitomarum opere ita esse sentiendum scribisse me arbitror.*

149, 18. *Haec de figuris dixisse sufficiat, praesertim cum in epitomarum praedicto opere diligentius de figuris quaedam dixerimus.*

169, 14. *Verum quoniam de participio et in hoc et in supra memorato saepe opusculo (sc. epitomis) sufficienter edisseruisse me arbitror, oportunum huic epistolae finem dabo.*

2) A SALTORE coniecit Maius p. 95.

DE ADUERBIO, De participio, DE CONIUNCTIONE, DE PRAEPOSITIONE, DE INTERIECTIONE.

Ex subscriptione iterata colligi licet scriptorem vel codicis Neapolitani vel exemplaris ex quo fluxit, capitum ordinem inmutasse ita, ut unam partem octo orationis partes continentem ab altera ad generales res grammaticas pertinente secerneret. De hac re, qua librarius verba auctoris omittere vel mutare nonnunquam coactus est, iam in commentatione memorata p. 28 s. fusius tractavi.

Scriptus est codex manibus variis atque scripturae Casinensi quam dicunt non absimili modo, ut Meynckio quidem visum est. In ea parte, quae Virgilii opera continet, notae marginales duabus manibus confectae exstant, quarum specimina quaedam in adnotatione deprehendes. Quas correcturas hic liber sit passus, ex notis patebit; cum autem quid librario debeatur quid correctori non ubique potuerit discerni, satis habui plerumque correcturas solas indicare. Atque correcti sunt non solum aperti errores librarii ex exemplari non diverso, sed etiam emendatae verborum formae sermonis vulgaris propriae, quae tamen in hoc libro tanto rariores sunt quanto longius distat tempore ab archetypo, ad quod liber ille Parisinus propius accedit. Etiam glossas corrector nonnullis locis adiecit ut p. 42, 9 *divitia : causa* 114, 1 *foni : voci* 114, 6 *proclivem : productum*. Multa in Neapolitano sunt omissa inprimis sub finem epitomarum ita ut librarium longo opere fortasse defessum laborem mutilatis et ad suum usum redactis capitibus sibi minuere voluisse conieceris. At in epistolis, quae principem locum tenent, multo minora omissa esse videntur, quod cum in hoc libro uno serventur, grata Minerva factum esse apparet.

Ad librum Neapolitanum primus et solus Virgilii epistolas integras, epitomas autem decurtatas edidit Ang. Maius, in tomo V. classicorum auctorum p. 1—149. Vir doctissimus cum libro Neapolitano denuo examinato editionem alteram eamque castigatam esset paraturus, morte abrep-

tus est. Pars operis incepti neque absoluti recepta est in appendicem ad opera edita ab A. Maio p. 113—166, qui liber prodiit Romae anno 1871. Codicem in meum usum contulit G. Meyncke; locos quosdam A. Goldmann a me rogatus iterum inspexit.

Folia quinque codicis quondam Salisburgensis (nr. 164) in fragmentum Vindobonense 19556 nunc V sunt redacta, de quibus cum in commentatione saepius memorata fusius tractaverim, agere hic supersedeo. Codex perditus maximam partem scriptus erat s. IX.

Pretii non minoris est alterum fragmentum, quod in codice miscellaneo Angelico numero V. 3. 22 insignito exstat cum inscriptione f. 31^v: **INCIPIUNT EPITOME VIRGILII MARONIS.** *Latinus a quo latinitas — pro unitate dei alti* (f. 32^r). Praecedunt versus cuiusdam doctoris super epigrammata Prosperi, quorum est ultimus: *'sidereum celi cupiunt qui scandere regnum'*; sequitur autem Virgilium *Augustinus de novem musis in libro de doctrina christiana.* Fragmentum perutile, quod Arevalus primus in editione Sedulii p. 425 publici iuris fecit, in meum usum a G. Meynckio exaratum in appendice huius editionis iterum edidi. Codex est s. X (cf. Pertz. Arch. XII 376).

Excerpta ex Virgilii epitomis inter grammaticorum multorum scripta continet codex Montepessulanus 306 s. IX f. 32 s. (cf. cat. gén. des depart. I) cum inscriptione hac: **DIFFERENTIAE SERMONUM EX EPITOMIS VIRGILII.** *Aliud est dici — quoniam iurabant* (f. 34). Sequitur **EX LIBRO CATONIS.**¹⁾ *Sunt adverbia localia — id est non sana* (f. 35^b). Librum in meum usum contulit M. Bonnet, vir doctus ac liberalis. Excerptum non inutile in appendice publici iuris feci.

Etiam in codice Mediolanensi (bibliothecae Ambrosianae) M 79 s. XI pag. 51^r excerptum quoddam ex

1) Edidi hunc tractatum in mea de Virgilio commentatione p. 13 s.

Virgilii epitomis exstat (cf. Montfaucon, bibliotheca bibl. p. 524 et Bethmann, Archiv XII p. 611) inscriptione hac ornatum: HIC SECVNTVR ETHIMOLOGIE VIRGILIVS PRESBITER HISPANVS. *Caelum dicitur quia — piscis sine natatu* (p. 52^v). Sequitur *Isidori ex libro ethimologiarum*. Ex apographo Ad. Cinquini Mediolanensis fragmentum primus in appendice edidi.

Praeter haec mihi uti licuit Excerptis Nanceiensibus, quae A. Collignon ex libro Nanceiensi (olim Boboniensi) n. 356 s. VIII—IX nuper publicavit, cf. *Note sur une grammaire latine manuscrite du VIII^e siècle appartenant à la bibliothèque de Nancy contenant des fragments inédits de Virgilius Maro* (revue de philologie tom. VII p. 13—22). Atque hic liber nonnulla scripta grammatica continet quorum est princeps *Glosa de partibus orationis*. *Cette grammaire, inquit editor, ou Glosa de partibus orationis se compose d'une série d'extraits des anciens grammairiens mis bout à bout et souvent avec peu de suite. Quelquefois l'auteur indique la source où il a puisé; mais beaucoup de passages sont anonymes et nous avons dû en rechercher la provenance en nous aidant surtout des Grammatici de Keil et des Anecdota Helvetica de M. Hagen. Cette collation nous a permis de donner avec la table des matières de la grammaire, les noms des auteurs auxquels des emprunts ont été faits. Il reste cependant un petit nombre de passages dont nous n'avons pas encore pu déterminer l'origine.*

Eodem modo compositus est tractatus de adverbio, qui in codice Leidensi (Voss.) n. 33 s. X f. 76^a — 83^a exstat. Cum Lindemannus (Ineditorum latinorum part. I. Zittavae 1832) testimonia ex Virgilio hausta neque cognovisset neque edidisset omnia, librum Vindobonam missum denuo examinavi totumque tractatum descripsi, ut data occasione eum publicarem. Quae ad Virgilium pertinent inter testimonia recepta iam reperies.

Virgilii testimonia ex arte codicis Bernensis 123 s. X ex multis auctoribus collecta in unum congessit Her-

mannus Hagenus in libro illo qui inscribitur *Anecdota Helvetica, Grammaticorum latinorum* tom. VII p. 189 — 201 hoc titulo: *Virgilii grammatici excerpta partim inedita*.

Quanta auctoritate Virgilius grammaticus aevo Carolino quod dicimus et postea fuerit, ex grammaticorum illorum temporum praestantissimorum libris colliges. Citaverunt autem nostrum Beda Venerabilis, Petrus, Clemens cogmine Scotus (cuius artem grammaticam ex codice Bambergensi M. V. 18 cognovi¹), Cruindmelus, anonymus auctor artis Bernensis (cf. Hagen. l. c. p. 62 s.), quibus accedent fortasse alii litteris aevi Carolini in lucem productis.

Codices quos enumeravi omnes ex uno archetypo sermone vulgari scripto fluxisse scripturis similiter depravatis evincitur,

- cf. p. 4, 4 *parilla*] *per illa* in P, *perillā* N;
 7, 13 *per ceras*] *per ceteras* PN, *preceteras* V;
 9, 9 *invulae*] *muulae* V, *mulae* P, *mule* N;
 10, 9 *indi mām assinso* P, *indi mam mas fensu* V;
 15, 10 *duum*] *tuum* N, *trium* P;
 18, 8 *Alexandrorum*] *alexandri agrorum* N, *alexander agnorum* P;
 21, 21 *hele enim*] *elium* P, *cloim* N;
 27, 5 *proprii*] *proprēⁱ* P, *propri* N;
 42, 14 *eandam*] *eadem* PN;
 43, 12 *ac retinet*] *acre tenet* P, *acretinet* N;
 71, 14 *nec gestu*] *nec estu* P, Exc. Nanc.

Atque archetypum illud litteris scotticis scriptum fuerit necesse est, cum *a* et *u*, *c* et *t*, *r* et *s*, *s* et *f*,

1) Eandem artem codex Reginensis 1442 s. XI continet, cf. H. Keil, de grammaticis quibusdam infimae aetatis comm. p. 11. A. Maius cum in folio primo codicis nomen Gainfredi quamquam manu recentiore scriptum legisset, Gainfredum grammaticum, anglicum hominem qui extremo saeculo duodecimo claruit (cf. praef. p. XI), auctorem artis eius esse perperam coniecit.

p et *f* saepe permutatae inveniantur, cf. 13, 25 *cantaum* pro *cantium* P 50, 11 *questiunculum* P — 107, 18 *atquisierit* N 147, 26 *praesumac* N — 24, 26 *sine* (pro *fine*) *tenus* VN 54, 13 *insinitivi* pro *infinitivi* P — 9, 4 *inprimus* pro *infirmus* N 13, 18 *pona* pro *fona* P 109, 3 *patisfacere* pro *satisfacere* N 139, 22 *pingue* pro *finget* N 140, 22 *faciens* N pro *paciens*.

Praecedit Parisinus ut aetate ita etiam auctoritate Neapolitanum, inter quos medium quendam locum Salisburgensis (nunc Vind.) obtinuisse putandus est, cum conpluribus locis cum P, aliis quibusdam cum N faciat. At libri Parisini praestantia, quam editionis nostrae quaevis fere pagina evincit, non ita est comparata, ut cetera subsidia critica praetermittere possis. Immo ad detegendos errores lingua vulgari natos, quibus Parisinus vel maxime scatet, multum auxilii adtulerunt reliqui. Grammaticorum autem testimonia, quotquot congeSSI textuique subieci, perraro locis emendandis usui fuerunt (cf. 116, 7; 157, 6). Hauserunt ii quidem ex fontibus non multum depravatis, at omiserunt quae utpote a sermone usitato remota non satis perspexissent aut quae ad illustrandas quaestiones in examen vocatas non apta vel necessaria essent. Nonnunquam etiam e memoria Virgilii verbis usi esse videntur, ut testimonio investigando frustra des operam. Ex quo genere est illud in Anecdotis Helveticis p. 192, 11 *Utrum habet 'novissimus' comparativum et positivum? Non habet secundum Donatum, secundum Priscianum et Virgilium habet.* Cf. etiam p. 193, 16 *Sed dicit Virgilius: Quando dico 'doceo hominem' vel 'amo hominem', non est accusatio, sed glorificatio et quod verius est, fit verbum 'accuso' id est ago, accusatum ire facit infinitivo futuro, expulsa ire et conversa tum in tivus sic fit accusativus id est activus* cum locis Virgilianis p. 36, 5 et 40, 22. Quae si recte disputata sunt iam intelleges, quantis difficultatibus crisis operum Virgilianorum impediatur fontibus neque uberius neque pure manantibus.

Restat ut de epitomarum ordine, quem in hac editione institui, et de ratione rei orthographicae pauca adferam. Virgilium ter quinas epitomas confecisse verbis auctoris ipsius apparet. Dicit enim p. 121, 8 .. *ego ipse in epitomis ter quinis numero proprium pronomini indixerim opusculum*. Praeterea inscriptio cod. Parisini hunc eundem numerum servavit, cf. p. 1 MARONIS VIRGILII ORIVNTVR AEPITHOMAE XV. Atque priorum capitum ordinem facile ex librorum manuscriptorum inscriptionibus subscriptionibusve constituas ita: I. DE SAPIENTIA (*P, N* in marg.), II. DE LITTERA (cf. subscr. cod. Vind.), III. DE SYLLABA (*V*), IV. DE METRIS (*N*), V. DE NOMINE (*V*). Capitulum autem de catalogo grammaticorum quod in *N* numerum *V* (fortasse ex *XV* depravatum) prae se fert, epitomarum opus clausisse cum ex auctoris verbis in fine capitis positus p. 92: *Haec vobis o sodales atque discentes, legum paternarum libris pro cunctorum utilitate atque salute excepta insinuasse sufficiat* tum ex subscriptione codicis Neapolitani: *Explicit Maronis Virgilii* recte colligimus. Epitomas XIV. et XIII., cui auctor ipse hoc nomen inscripsit¹⁾, ex auctoritate cod. *N* cum epitoma ultima coniunxi. Quae inter capita priora et posteriora intersunt, cum libri non satis certa tradant, ex coniectura alterum Virgilii opus Donatique²⁾ principis grammaticorum artem exempla secutus disposui ita, ut numerum ter quinarum epitomarum complerem.

De re orthographica, qualem instituerem, multum diuque haesitavi, cum neque codices Virgilianos satis certos

1) cf. p. 81, 21 *Sed ne quis etiam munusculo se susciperet defraudatum, unum vobis huius rei ponam testimonium, quod meae clausulam dabit epitomae.*

2) Donati ars minor haec habet capita: de nomine, de pronomine, de verbo, de adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione, de interiectione: quibus antecedunt in arte maiore: de voce, de littera, de syllaba, de pedibus, de tonis, de posituris, de partibus orationis, succedunt autem de barbarismo, de soloecismo, de ceteris vitiis, de metaplasmo, de schematibus, de tropis (cf. Keil. Gramm. lat. t. IV).

neque editores auctorum infimae aetatis hac in re sibi constantes vidissem. Nolui tamen differentias orthographicas, quas ad leges pronuntiationis tum temporis vulgaris enucleandas plurimum valere intellegerem, omnino praetermittere et apparatus criticum nimis onerare rebus his levioribus ut multis videbuntur. Itaque in textum recepi lectiones vel maxime inusitatas veritus, ne proprietatibus scripturae deteresis studiis grammaticis magis officerem quam proficerem. Atque consonantibus geminatis¹⁾ multum indulsi libris in his saepe concinentibus, vocalium vero instabilitati non eandem fidem habui, quamquam etiam has ab usu vulgari discrepantes deprehendes. Tali modo me non tam auctoris quam librariorum et Parisini et Neapolitani scribendi rationem descripsisse ipse concedo: quod similiter plerosque auctorum editores et facere et fecisse, quamvis sibi non persuaserint, quis est qui neget? Ceterum orthographiae normae, quas in libris aevi Merovingici et Carolini edendis sequamur, nondum satis exploratae esse mihi quidem videntur.

Denique si editionem A. Mai de Virgilio grammatico multum meriti cum hac nostra contenderis, quot et quanta emendaverim vel emendare voluerim cognosces, quamquam non pauca supersunt, quae emendatoris auxilio indigeant, ut hac editione Virgilii grammatici studium magis incohatum sit quam ad finem perductum. Quae cum ita sint, multos me esse habiturum emendatores, castigatorem nullum animo firmo sperare audeo.

Postremo restat ut gratias agam maximas viris doctis quos libros manuscriptos in meum usum vel exarasse vel

1) Vide qualia auctor ipse praeceperit p. 11, 13 *Sciendum sane quod ubicumque vocalem quamlibet in media arte possitam s duplicata secuta fuerit, eandem vocalem corripiemus ut vassa fossa clussit vissit vessit, at si una s vocalis producetutur ut gloriosus visus.* — p. 152, 6 *Hac de causa in plerisque literae duplicantur consonantes ut cellum pro celum et vellim pro velim et ollim pro olim.*

a me rogatos inspexisse supra memini, singulares autem ac plurimas Guilelmo de Hartel, ex magistro studiorum meorum fautori benevolentissimo, qui in opere hoc perdifficili me plurimum adiuvit et locis multis iisque perobscuris attulit lucem.

Dabam Vindobonae mense Octobri a. 1886.

Iohannes Huemer.

Siglorum tabula.

P = codex (Sangerm. n. 1188) Parisinus n. 13026.

N = codex Neapolitanus n. 34.

V = fragmentum Vindobonense n. 19556.

A = fragmentum Angelicum n. V. 3. 22.

I. DE SAPIENTIA.

Toto proficit in polo nostrae connumeratio litteraturae, quia non pecuniarum contractus, sed sapientiae quaestus ratiocinamur. sapientia autem ex sapore sic nominatur, quia sicut in corporis fit gustu, ita et in animae motu quidam sapor est, qui artium dulcedinem 5 gustet, qui uerborum sententiarumque uim discernat amara quaeque refutans, suauia uero consectans. amara quidem dicimus quae sectarum contraeunt ueritati, suauia autem quae uniuscuiusque artis ac disciplinae suggerunt rationem. haec sapientia biformis est, aetrea 10 telleaque, hoc est humilis et sublimis: humilis quidem, quae de humanis rebus tractat; sublimis uero quae ea, quae supra hominem sunt, internat ac pandit. nemo sane in hac me carpat pada, quod ueluti praeposterato telleam aetreae ordine antetulerim, cum scandentium 15 hic mos sit, ut ab inferioribus incipiant et ad supe-

3. *Clementis grammatici excerpta (e cod. Bamb. f. 1.)* Ex sapore Virgilio testante sapientia nominatur — corpore gustus sit — gustat — discernit — queque — contrahunt — suauia uero — aetherea id est caelestis telleaque id est terrena, hoc est humilis et sublimis. humilis — tractat rebus — pandit.

ARS VIRGILII maronis | MARONIS VIRGILII ORIUNTUR AEPITHOMAE XV *P*, IN NOMINE DEI PATRIS MARONIS VIRGILI ORDIUNTUR EPHITOME *N* — PRIMA DE SAPIENTIA *P*, INCIPIT I. DE UARIA RATIONE LATINITATIS *N*, in *marginē ad vocem* 'sapientia': unde sapientia nomen accepit q̄r hic. 1 nostre *N* || 3 ratioinamur (o *corr.*) *P* || 5 dulcedinem *P* || 6 que] quae *N* || 8 ueritate *N* || 9 uniuscuiusque] hoc est humilis et sublimis humilis quidē *sequitur in P cf. infra* || 10 suggesserunt *P* || 11 tellaq; *N* || 12 humi**nis (il? *eras.*) *P* || quē aequae *P*, quae eaq; *N* || 14 hac] ac *N* || 15 a&rę *N* || 16 mos] non *N* || ab] s. l. *P*.

rora scalatim perfendiant. unde et conparationum gradus hac moda ponimus, ut primum possituum acsi decelsiorem, deinde comparatium, exhinc superlatium ordiamus. huius itaque sapientiae parilla in homine
 5 similitudo demonstratur, qui plastum telleum afflamque habet aetream. haec ergo pars sapientiae, quae humilis est, sublimi seruire debet, sicut et plastum afflae. unde etiam nos, qui philosophiae artibus nimie studemus, quamlibet hisdem quaedam eorum, quae antiquioribus Hebre-
 10 orum legibus, quas diuinas autumant, canitus promulgata sunt, controuersari uideantur, non audemus tamen decelsis celsa subicere. hoc ergo nobis omnimodatim accitandum est, ut nostram eloquentiam, nostram solertiam, nostrum studium nostrumque leporem, in illius
 15 aetreae legis construmentum ornatumque ministremus. etenim quicumque hancce, quam nos ualde emulem putamus, ita defendunt periciam philosophorum, ut auctoritatem primae Hebreorum minulae huicce quamuis ornatae recentiori sectae postferant, incassum omne suum
 20 expendunt audatum. sed hiis praemisis ad ipsius latinitatis, quae minula sapidinis est minima, oratorium transeamus.

Latinitas autem, ut quidam rentur, ex Latino est orta, quasi qui ipsius linguae auctor exstiterit. Latinus

24. Latinus a quo latinitas is centenos habuisse fertur annos. hic vir magnus fuit et potens belli regiis temporibus etc. *A cf. append. — Clementis exc.* (f. 10^a): a Latino rege, qui ea inter

1 et] ei *N* || 2 possituum *P* || 3 decessiorem *P* || conparatium *PN* || 4 ordeam' *N* || parilla in] per illa in *P*, perillā *N*; per illum hominem *Mai* || 5 telleumq; *N* || 6 aetheream *N* || 7 afflae *N* || 8 philosophiae *N* || nimiae *N* || 9 his *N* || antiq;orib; *N* || aebreorum *P* || 10 autumnant *P* || 12 decælsis caelsa *P* || subiecere *PN* || 13 catizandum *N* || solaertiam *N* || 14 nostrā *P*, nostram *N* || illis *N* || 15 contrumentum *P* || que] qui *P* || 17 defendunt *P* || filosof*horum (o *eras*.) *P* || auctoritatem *P* || 18 caebreorum *P* || 20 expendunt *P* || his *N* || praetermissis *N* || 21 quē non illa *P*, quem in illa *N*, quamvis in illa *Mai* || oratorem *N* || 22 transeamus] unde orta latinitas *N* in *mg.* || 23 retur *N* || 24 orta] or *P* || autor *P*.

quidem fuit Anneus, quem bis centenarium fuisse ferunt; sed quia hic Beli cuiusdam regis temporibus fuerit et longe ante linguarum retroacta diuissio sit, negare cogimur latinitatem utpote antiquiorem ex ipso Latino usurpauisse uocabulum, sed putius ut Aeneae ac maioribus uisum est ex latitudine ipsius linguae constat fuisse diriuatam. denique cum hebream grecamue transedere in latinam linguam uolueris, hanc omnibus modis, loquelis orationibus syllabisque latiore offendies. haec autem latinitas propter oratorum ornatissimum leporem oratio nuncupatur, unde et partes orationis intellegendae sunt partes latinitatis. at uero qui partes orationum caraxare uolunt, nescio qua auctoritate animantur, nisi forte ut Glengus tractauit, quem Asporius secutus est, orationes pro sermonibus eloquentionibusque accipiendae sunt, quae in octo partes findi soleant.

Latinitatis autem genera sunt XII, quorum unum usitatum fitur, quo scripturas Latini omnes atramentantur. ut autem duumdecim generum experimentum

ceteros auctores recte utebatur. latinitas ut quidam dicunt ab illo nomen accepit, sed alii rationabilius latinitatem ex ipsius linguae latitudine uocabulum sumpsisse ferunt. cum enim ebream grecamue in latinam linguam transferre uolueris — inuenies. nec minus et hoc intuendum, quod haec latinitas propter — latinitatis. orationes enim pro sermonibus elocutionibusque accipiendae — solent.

9. *Exc. Bern. (cf. Hageni Anecd. Helv. p. 190, 16):* Haec autem — eloquentiae leporem — unde partes — sunt de numero partes Latinitatis. orationes pro sermonibus elocutionibusque — soleant.

1 quidam *Mai* || centinarium *P*, cenentarium *N* || 2 belli *N* || 3 divisio *N* || fit *P* || 4 cogem' *N* || utputae *N* || 5 usurpasse *N* || potius *N* || Aenea *N* || 6 latinitatitudine *P*, latitudinem *N* || 7 haebream *PN* || transaedere *P*, transsedere *N*, transferre *Mai* || 9 loquelis *P* || offendies *P* || 10 ordinatissimum *P* || laborem *N* || 11 orationes *N* || 12 partis *N* || 13 cracxare *P* || qui actoritatem *P* || 14 asperif' *P* || securtus *N* || 15 orationes] *om. N* || eloquentionibusque *PN* (quae) || 16 solent *N* || 18 situr *N*, scitur *Mai* || omnis *N* || atramētatur *P* || XII *N*.

habeas, unius licet nominis monstrabimus exemplo. in usitata enim latinitate *ignis* I. habetur, quia sua omnia ignit natura. II. *quoquihabin*, qui sic declinatur: genituo *quoquihabis*, datiuo *quoquihabi*, accusatiuo *quoquihabin* ueru superposito, uocatiuo *quoquihabin* breve, ablatiuo *quoquihabi*. et pluraliter *quoquihabis* producte, genetiuo *quoquihabium*, datiuo *quoquihabibus*, accusatiuo *quoquihabis*, uocatiuo *quoquihabis*, ablatiuo *quoquihabibus*. *quoquihabin* dicimus, quod incocta coquendi habeat dicionem. III. *ardon* dicitur, quod ardeat. IIII. *calax calacis*, ex calore. V. *spiridon*, ex spiramine. VI. *rusin*, de rubore. VII. *fragon*, ex fragore flammae. VIII. *fumaton*, de fumo. VIII. *ustrax* de urendo. X. *uitius*, qui pene mortua membra suo uigore uiuificat. XI. *siluleus*, eo quod de silice siliat, unde et silex non recte dicitur, nisi ex qua scintilla silit. XII. *aeneon*, de Aenea deo, qui in eo habitat, siue a quo elimentis flatus fertur. sic per omnia pene oracula latina haec summa generum supputatur.

1 habias *N* || 2 usitate *P* || primo *P* || 3 natur *P* || .//. quoquihabi.//. *P*, .//. quo qui habin *N* || declinantur *P* || 4 quoq; habis *N* || dati *N* || quôq: habi *P* || acēf *P*, acēf *N* || quoquiabin *N*, bīn *P* || 5 vero *N* || uōc bīn *PN* || 6 abl *PN* || bī *P*, bi *N* || quoquihabes *N* (*in-is corr.*) || 7 gē *P*, gēnto *N* || quōhabium *N* || d̄ *P*, dativū *N* || bibus *PN* || acē *P*, accēf *N* || 8 bis *PN* || vōc bis *PN* || abl *P* || 9 bibus *PN* || incota *P* || 10 dicionem *P*, dictiones *N* || 11 caloreum *N* || expiramine *N* || 13 flammeae *N* || ūstrax *N* || 14 vicius *P* || membra mortua *N* || 15 silēseus *N* || sileat *PN* || 16 silet *PN* || 17 de eo *N* || 18 om///nia *P* || 19 ac *N* || subputatur *N* || Explicit PRima · incipit III (*sic*) de litera *P*, finit prim' *N* sequitur enim de scindératione fonorum, cf. praef.

II. DE LITERA.

Litera est uelut quaedam legendi natiuitas, unde et eius incrementa infantuli e matris utero prorumpentis aetatibus meum Aeneam aequiperauisse memini. ut enim infans dicitur qui loqui nescit, et paruulus, cum parua gressuum molimina nititur imprimere, et 5 puer quando pubescit, adulescens autem cum proceritate corporis adulescit, iuuenis uero cum iuuentute adulta coiugis armis ceterisque liberalibus studiis dignus fit, at uir cum omnium sensuum consiliorumque uirtutem nanciscitur: ita etiam litera ab ipsis etiam cerae 10 characteribus usque ad quassorum conpositionem hosce ordines directat: siquidem infans appellatur, cum arte non sonet, hiis dumtaxat, quae caraxandis per ceras gammulis eisdem indicent, paruula uero est cum syllabarum conglutine paulatim gradiatur, puerula cum 15 pedum mensuris crescat, adulescentula cum poetica

Petri grammatici excerpta (cf. Hageni Anecd. Helv. p. 160):
 Littera — ae matris — aetatibus aequiperantur — qui parua g/////////olumina nititur habere — adolescens — in iuuentute adultat — iam dignus ad — manciscitur virtute — ipsis cerae — casorum compositione hosque ordinis — artem non sonat paruola vel — glutinae — graditur et cum — crescit — per pauca metra — sufflat adiuuencula — quoddam — capescat — virgo cum casorum — doceat.

1. Litera] aetas hominis infans q̄r hic paruulus puer adulescens iuuenis vir *N in mg. m. 2* || ouedmi *N* || 2 u////////tro *N corr. m. 2* || prumpementis *P* || 3 aeneae *P* || æqui parauisse *P* || meum — memini *om. N* || 5 parua *P* || nitatur *N* || inpremere *PN*ⁱ || 6 adulescens *P*, aduliscens *N*ⁱ || proceritate *P* || 7 adulescit *N*ⁱ || 8 caeteris *P* || stuchis *N* || 9 sit *P* || que] qui *P* || 10 anciscitur *PN* || 11 cracteribus *P*, carateribus *N* || conposs/itionem *P* || 12 artem *P* || 13 sanet *N*, fort. fanet vel fonet || his *N* || qui *PV* || craxandi^x *P*, cara/ndis *N*, crassendis *V* || ceras *Mai*, ceteras *PN*; preceteras *V* || 14 gambulis *V* || hisdem *V* || indigent *PVN* || 15 conglutinatione *P* || pallatim *N* || greditur *V* || pueruula *P*, puerumla *N* || 16 adulestula *P*, aduliscentula *N*.

metra per uersuum carminula soffat, at iuuenula cum casuum verborumque quandam intellegentiam capissat, uirgo autem cum quassorum, ut dixi, conpositionem plenissime perdoceat. et ut aliquid intimatius aperi-
 5 litera mihi uidetur humanae condicionis esse similis: sicut enim homo plasto et affla et quodam caelesti igne consistit, ita et litera suo corpore hoc est figura, arte ac dicatione uelut quisdam compaginibus arctubusque suffunta est animam habens in sensu, spiridonem in
 10 superiore contemplatione.

Literarum autem numerus omnibus tritus est; figura quoque palculis patet. de potestate autem, quia magna ex parte legestum est, bigerro sermone clefabo. quaedam quidem uocalium mobiles sunt, quaedam autem
 15 stabiles, mobilesque aliquoties fortes nonnumquam proscriptivae videntur ut *a o u*; etenim *a* cum in prin-

4. *idem p. 160, 24*: et ut aliquid — aperiem — plasto et afflato — littera — figura animam habens in sensu hoc est in potestate spiridonem vero hoc est in superiore contemplatione habere videtur. 11. *Exc. Bern. p. 189, 5*: Vergilius tamen dicit quae prima vocales in dyptongon non facit, sed soni amittit, ut ipse dicit: quaedam autem vocalium mobiles (nobiles *cod.*) sunt quaedam stabiles///// quaedam quotiens fortes non cumque proscriptivae — partis — producit fortis — ameri — at cuius — eam su///// fuerit — habetur ut aemias micene ganne — erit in his locis — aut cum — diphthongi — ut poena foedus.

1 vorsuum *N* || carminola *V* || **ffat *V*, sofflat *Mai*, || ad *N* ||
 uin^{ca}cula *V* || 2 saiu^{ca} *N* || intellegentia *P* || capessat *V*, capiescat *N*, fort. capiscat || 3 casorum *V* || conpositionem *V*, conpossi-
 cionem *N* || 4 entimatius *P*, entimantius *V* || 6 plausto *N* || cae-
 lestⁱ* (e *eras.*) *P* || 7 litte *P* || 8 ditione *P*, discioni *PV* || veluit
P || compagib; *P*, compaginibusque *N* || 9 suffunta] *i. e.* suffulta, sub-
 funda *V*, fufunta *N* || anima *N* || spiritionem *V* || 10 superiori *PV* ||
 11 numerum *N* || 12 palculis *PV*, pa^vculis *N*, fort. parvulis *legendum*
 || 13 bigero *N* || defabo *N* || 14 quidem—autem *om. P*, || quedam
 autem stabilis mobelisque aliquotiens fortis *N* || 15 que] quae *PV*
 || 16 videnter *P*.

cipio fineue alicuius artis possita fuerit, *e* statim non subsequente maxime cum producat^r forciosa erit, ut *ars amor scola*; at enim cum in praedictis locis *e* eam subsecuta fuerit, *a* infirmis habebitur ut *aes Aeneas Micenae gannae*, sic et *o* fortis in isdem locis erit ut *amo os origo sermo*; at cum *e* sequatur diptongi loco ponetur ut *coena foedus goela*. *u* autem aliquoties liquiscit, cum ab alia diciosiore proscribatur, ut *uatis uerax uinum uox*, uel a semet ipsa ut *uultus inuulae*. praeterea literarum ob hoc forciosae sunt, quia solae ¹⁰ absque ullius alterius amminiculatione ualent ut *a e o*. *a* enim et *e* recte praepositiones sunt; *o* quoque aliquoties interiectio, modo autem uocatiuus omnium pronominum, sepe etiam uerbum actiuum licet indeclinabile; dicis etenim *o regem decorosum*, hoc etenim sonat ¹⁵ *miror regem decorosum*, unde non recte quidam eam nominatiuo applicare constant dicentes *o rex decorosus*. *c* sane in copulatiuis recte receptanda est, cum opta-

3. *Cruindmeli ars metrica p. 8, 15 (ed. Huemer)*: Virgilius tamen Maro in suis dicit epistolis, quod duae vocales in una syllaba diptongi iunctae totum non possunt suum exprimere sonum ut *aes Aeneas* et rel. 15. *cf. Clementis exc. (f. 7^a)*: item *o* aliquando interiectio est ut in Terentio legitur '*o scelera sacrilega, o hominem impium*', aliquando admirantis interiectio est ut '*o meritum sublime trium quibus illa videre*', aliquando pro verbo '*miror*' ponitur ut est '*o regem decorosum*'.

1 non] nosi *N* || 3 ari *N* || 4 inprimus *N* || aenias *V* || 5 mecenaⁱe *P*, maec·nae *V*, mecena^ae *N* || ganne* (a eras.) *P*, gan gunnae *V*, fort. i. q. Cannae || hisdem *N* || fortis est *V*, fortis—at om. *P* || 6 semo *N* || deptongi *P*, diptongi ≡ *N* || 7 ponitur *V* || caera *P*, coera *V*, caena *N* || gela *P*, goelum *N* || aliquotie*s (n eras.) *P*, aliquatinus *VN* || 8 ditio sore *N* || 9 uerax (r corr.) *N* || ipsa mut *N* || muulae *V*, mulae *P*, mule *N* || 10 fortiose *N* || **ab *P* || 11 absquae *V* || aminiculatione *V*, amminicultione *N* (a corr.) || valent] cupio qđ *N* cetera desunt usque nulla littera || 15 f. hoc etiam—decorosum *Vin mg.*; estenim *P* || 17 nomini *PV* || tant *PV*.

tium modum negandi aduerbia *non* uel *ne* praecesserint et idem iterato cum *nec* adiectione sequatur, a quo *c* ablata capiti testimonii adiungitur, ut *ne* resedeat secundum illud Galbungi, ubi de Turno quassum
 5 facit, *at uero*, inquit, *rex Turnus, ne populum profligaret incassum nec urbem Fidenam perderet, proeliantes pene sedauit animos.* ita soffonitur *at uero sedauit ne profligaret* et iteratione *c sedauit ne perderet nec inclinaret assensum.* de *h* autem hoc dicendum est, quod semper
 10 inspirat, nunc ad fortitudinem, nunc ad motationem tantum. nam cum semiuocalem praecesserit *f*, solum sonum pariter motabunt ut *hf* *fascon* et faciunt *f* pro *hf*, si uero mutam *c* uel *t* uel *p*, suum sonum non amittit ut *hc* *orda htronus hpalanx.* *n* autem si eam *f m p n*
 15 secuta fuerit, in *m* sonum uertetur manente figura uel inmutata, si ita libeat, ut si dicas *infecit, inflauit, confudit, inuenit, non ualet, non piget, impossuit, non manet.* scire et hoc uos in fine huius epitomae hoc est expositionis cupio, quod nulla litera computo careat.
 20 nam *a* sepe quingentos, sepe trienta, sepe decim, sepe unum significat. at *b* quinque milia uel duo tantum; *c* centum uel octuaginta; *d* et *f* et *n* et *q* quingentos semper et noncentos efficiunt, *i* et *e* uel quadricentos uel unum tantum faciunt, *m r s u l* mille significant;

1 praecesserit *V* || 4 illut *P* || galbunci *V* || cassum *V* || 6 in capsum *P* || fedenam *V* || perdere^t *P*, perderit *V* || praeliantes *V* || 7 amicos *V* || soffonitur *V*, id ē supponetur *add. in V* || atpederet *m. al. V* || 8 fort. iterato nec || 9 indi mām assinso *P*, in dimam mas fensu *V*; locus *perdifficilis, pro assensum fortasse incassum legendum* || 10 ad] & *P* || & ad *P* || notationem *V* || 11 solam *P* || 12 mutabunt *V* || pro *hf*] *p* pro se *PV* || 13 mutū *V* || 14 hcorda] cofida *V* || hpalax^{nc} *P*, hplanx *V* || *n*] *h* *V* || 15 secute *f. V* || 17 confodit *P* || 18 nos *V* || aepithomae *P* || 19 expositionēⁱ *P* || compot*o *V*, copoto *N* || 20 a om. *P* || quingentus *VN* || triginta *N*, xxx *V* || x *PV* || sepe unum om. *VN* || 21 significant *P* || milia om. *V* || duos *VN* || 22 octoginta *VN* || et] bis om. *V*, d solum *N* || quingentus *V*, -os *N* || 23 nongentos *V*, nonecentus *N* || efficient *PV* || quatuoscentos *N*, cccc *V* || 24 mile *P*.

t, *x* decim et decim milia, *g* omni numero usque ad *x* subiecta est; *h* ab undecim usque ad xxx; *k* centies centena milia supplet; *o* nulli numero negatur siue magnissimo siue minutissimo.

III. DE SYLLABA.

Syllabae sunt glutini literarum, quibus uernale 5
est quod nulla earum absque uocalibus literis stare
queat, unde et reginae dicuntur literarum. syllabae
monades senas literas transcendere non debent ut
scrobs, nec duas habere uocales excepto, cum diptongus
aut aliquidatio significetur ut *aes faus laus fraus*; 10
disyllabae autem, cum in nomine aut uerbo aut quavis
arte forint, duas tantum uocales habebunt exceptis, quae
supra diximus. sciendum sane est quod ubicumque
uocalem quamlibet in media arte possitam s duplicata
secuta fuerit, eandem uocalem corripimus ut *uassa* 15
fossa clussit uissit uessit; at si una s, uocalis producetur

13. *Exc. Bern. p. 189, 13*: Sciendum est sane quod — duplicata secuta — fossa · i · scit vessit vissit · i · vidit aut si una uocalis producetur — superlativus grand; s duplicatam — sumus ra[mus].

1 t & ix N || umero P || x] decem g N || 2 abduo xi P || [xi N ||
triginta N || k] om. N || cencies P || 3 centene VN || subpplet k
N, supplet om. V || numeri N || 4 minuissimo V, medissimo P,
midissimo N || Explici P, EXPLICIT · II · V, finit N || DE SYL-
LABA V, incipit N de sillab in marg., om. P || 5 syllabe N
|| conglutinae V || post uernale ras. 6—7 litt. in N || 6 erum
N || 7 literarum dicuntur N || 8 monas PN || debeant V; con-
debent N || 9 scrups V, scropps N || vel N || uocalis N || dep-
tun P, diptongos V || 10 aliquid ratio N || faus] ficcus N || fracus
N || 11 desyllabae PN¹, dissillabe V || uerbum N || quamvis N ||
12 forint] fuerint VN || habibunt P, habunt N || quas V || 13
supra P || 15 eadem V || corripimus V, corripiens N || uossa P,
forsa N || 16 clusit uisit N || uocales V || producitur V.

ut *gloriosus visus*. omnis superlativus gradus s duplicatam semper habebit ut *altissimus*. sic et *m* duplicata antesitam corripit vocalem ut *summus gammus*, sin alias, producet ut *sumus ramus*. una litera quae
 5 syllabae opus facit sicut *i* fortis, ita et longa erit ut *a e i o*. syllabarum naturas quis facile intellegit, cum tam sepe motantur, ut a nemine omnino deprehendantur, quia secundum pedum statum flexibiles sunt? etenim secundum necessitatem mensurandorum pedum de duabus
 10 syllabis una efficitur et longa uocatur ut *audi uade aula*.

De computo autem syllabarum, quia Terrentius plenissime disputavit, nos breuiter disseremus, ea tantum quae ipse reliquit subdentes. omnis syllaba compotaris
 15 duarum uel trium literarum, dicis enim *al* et ostendis octocentos et rursus *bpa* et significas trea milia.

Disposueram quidem de syllabis longius sermonem protrahere, sed quoniam ad metrorum nos persanationem ordo prouocat scribendi, quibus pedes et syllabae ta-
 20 xantur, idcirco commodius puto praemisa de syllabis quasi quadam praefaciuncula ad metrorum tendere expositionem.

IV. DE METRIS.

Metrorum quidem compositio multifaria est; non enim ad eundem ordinem naturam numerum finemque

at—superlativus *om*. *N* || 1 omⁱn^s (e *eras*.) *P* || superlatius
N || dupli^cata *P*, duplicata *VN* || 2 habebunt *V* || semper *om*. *N*
 || altissimū ut sillabarum *N* cetera *desunt* || 4 rāmus gambus *V*
 || s*in *V* || producit^rur *V* || 5 opus s. *V* || 6 o**V* || natur^aes *N* || in-
 telliget *P* || 7 tam *om*. *V* || mutantur *VN* || an nemini *N* || depre-
 hendentur *N* || 8 pedum *V* || f*lexibilesunt *P* || 9 necessitate
N || perdum *N* || 10 vadi *N* || 12 compoto *N* || 14 relinquit *P* || syl-
 labis compo *P* || 15 os. stendis *N* || 16 rur *P* || octocentos] da *N*
 || p. pa *P* || significaⁿs *P*, significat *N* || tria *N* || longuius *P* || 18 fort.
 personationem || disposueram—expositionem *om*. *N* || IV. DE ME-
 TRIS ex *N*, qui habet post scinderationem INCIPIT .///. DE ME-
 TRIS || 23 compositio *N* || multiphara *P* || 24 natura *N* || que *om*. *N*.

omnia respiciunt, uerumtamen unum nosse debet unus-
 quisque cantatorum, quod metra in quacumque pen-
 satura fona sint. metrum ex meta nomen accepit, cuius
 pedes sunt dicti uelut quaedam medietates fonorum,
 quae quoniam necessitate cantandi a poetis disparata 5
 sunt in tantum, ut extrema foni parte in alterum trans-
 lata nullum fonum incolome remaneat, hac causa nullum
 metrum planum inueniri potest. multas autem metrorum
 cantilenas propter poetarum rhetorumque uoluntatem
 eorum sectae declarant. quaedam enim prosa, quaedam 10
 liniata, quaedam etiam mederia, nonnulla perquam ex-
 tensa ponuntur; quorum pauca pro uestra utilitate ex-
 possituri sumus. prosa quidem sunt per breuitatem,
 sicut in Aenea lectum est

*Phoebus surgit, caelum scandit,
 polo claret, cunctis paret.*

15

hii duo uersus octo metra habent, primum enim metrum
Phoebus est, secundum *surgit* et sic per cetera fona;
 et ita hii duo collecti sedecim pedibus fulciuntur. omnes
 autem prosii uersus per spondeum edi solent. hoc autem 20
 sciendum est, quod inter omnes pedes dactylus et spon-
 deus principatum habeant. mederiorum uersuum est
 nec prosos nec liniatos fieri, quod magis pro cantuum
 modulatu quam rationis respectu consuetum est Varrone
 canente

25

*festā diū sollemnīa
 pupla per canam conpita,*

1 omnium *N* || 2 pensaturea *P* || 3 accipit *P* || 5 disperata *P*,
 disparā *N* || 6 translata *P* || 7 fonumum *P* || incolume *N* || 8 in-
 venire *N* || multas *iteravit* *P* || a metro *N* || 9 rebtorum *P* || 10
 secta *P* || 12 ^{ti}ulitate *P* || 13 per braviæ *P* || 14 sicuti *N* || 15 febus
P || 17 hi *N* || aduo *P* || vorsus *N* || 18 pona *P* || 19 duo hi *N* ||
 fulcuntur *N* || 20 aedi *P*, edi *N* || 21 dactulus *P*, dactilus *N*
 (*saepe*) || 22 medioriorum *P* || est vers. *N* || 23 prosus *P*¹ *N* || linia-
 tus *N* || cantum *P*, cantum *N* || 24 cosectum *P* || 25 nent *P* ||
 26 feta *P* || sollempnia *P* || 27 copeta *P*, conpeta *N*.

*quorum fistilla modela
poli persultant sidera.*

nunc metire per metra: primus uersus est trium metrorum, quorum primum per spondeum et duo sequentia
5 per dactylos ponderantur, ut *festā I, diūm sol II, lemnia III* et sic per *IIII* uersus pari lance pensatos bis sena repperies metra et pedes *II* trigenti. at liniati uersus quinque semper metris metiri debent secundum illud Catonis elegantissimi rhetoris

10 *bella consurgunt poli praesentis sub fine,
precae temnuntur senum suetae doctrinae.
regis dolosi fouent dolosos tyrannos,
diūm cultura molos neglecta per annos.*

in hiis uersibus primum spondeus et tertium itidem
15 spondeus, reliqua trea dactyli sunt, qui pedes habent *LII*. perextensi autem uersus ornato quidem sed inrationabili circuitu pene per usque ad *XII* metra perueniunt secundum Lupi cristiani ita affantis

20 *ueritas uera,
aequitas aequa,
largitas lauta,
fiditas fida
diurnos dies tranquilla
tenent tempora.*

1 fystilla *P*, fistula *N* || 2 sydera *P* || *fort.* persultat || 3 mittere *PN* || vorsus *N* || 4 dua *N* || 5 dactiliis *P*, dactilis *N* || festa dium *I* *N* || sol *II* *N*, sollempnia *P* || 6 vorsus *N* (*semper*) || parari *P* || pensatus *P¹N* || 7 metr^a (e *eras.*) *P* || *II*] *om.* *N* || ad *N* || 8 m & rri *P* || debænt *P* || 9 cationis *P* || elegantissime *N* || rentoris *P* || 10 consungunt *P* || 11 preçe *P*, præce *N* || suietae *P* || 12 regis *P¹N* || dolosos f. *P*, dolos f. *N* || 13 molos] *i. e.* multos quod *Maius coni.*, || 14 hif *P* || primus *N* || et tertium *om.* *N* || 14 f. itidem spon-des ≅ *P*, spondeus *om.* *N* || 15 tria *N* || datuli *P* || 16 exten*si (t vel r *eras.*) *P* || innarationabili *P* || 17 per *om.* *N* || metra *om.* *N* || 18 lupih *P*; an heristiani cf. *supra* 10, 14 || 20 aeq:tas *P* || 21 f. laudata fidas *N* || 24 tent *P*.

nam hic uersus, et hoc plus solito, necessaria ut credo uerbi adiectione XIII metra tenet, cuius pedes sunt XXXIII. sunt autem qui adiciunt trifonos et quadrifonos uersus, quibus quidem non est derogandum, quia poetis libertas quaedam suos componendi uersus a ueteribus nostris permisa est; sed tamen indubitata fides non est hiis adhibenda, quia auctoritate canorum soffatorum nulla suffulti permisum magis sequi quam exemplum uoluerunt. quorum uersus in medio proferemus. Don quidem discentis mei Donati germanus frater, duum uersuum canticum in laude Arcae, regis Archadum, possuit dicens

*Archadius rex terrificus,
laudabilis laude dignissimus.*

Gergesusque in commentariis suis, quos de sole luna astris et praecipue caeli arcu septem uienti uoluminibus edidit, quadrifonis persepe usus est uersibus, quorum unum tantum in principio posito exempli et ego gratia utar. dicit enim

*sol maximus mundi lucifer
omnia aëra inlustrat pariter.*

20

horum ordines uersuum, quia non ad certam auctoritatem sed ad uarietates poeticorum cantuum manifestandas positi sunt, indagari me necesse non est, praesertim cum omnis qui uoluerit eos pensare, facillime ualeat.

1 plus om. P || 2 tredecim P || 4 in quibus N || 6 prima est P || indubita PN || 7 his N || canonum Mai || 8 suffatorum N || permissum N || 9 uoluerant N || proferimus N || doñ P || 10 discentis*(s) P, discenti N || 10 trium P, tuum N || 11 anticum N || arce N || arhea dum P || 12 dicens om. N || 13 ar*cadius(h) P || 15 Gergissus quoque N || commentaris P || solef*(e ex i) P || 16 uiventi P, uiventium N || volumini N || 17 aedidit PN || sepe P || uersibi P || 20 maximaximus P || 21 aëra P || 22 ordinis N || tam P || 23 manifestas P || 24 fort. indagare || 25 facillⁱme (e eras.) P.

nonnulli aiunt, quod in unoquoque gresu duum pedum primus eleuetur et secundus inclinetur uel, ut soluatur, proprius dicam ut *légit ágit níbit uádit*. sed nos dicimus, quod rectum esse sentimus, quia non minus secundos pedes repperimus eleuari quam primos ut *ego amó docé audí*.

Maxime autem haec diuersitas ob similium fonorum discretionem repperta est, ne confussibilitas aliqua nascatur. dicimus enim nominatiuo cassu *sédes* eleuato
 10 primo, at si uerbum fit, uersa uice secundum leuantes pedem dicimus *sedés*. sic cum dicuntur *réges*, primus erigitur, at cum uerbum *regés*, secundus pes eleuatur; quod tamen non secundum rationem metrorum, sed secundum discretionis aptitudinem facere solemus.
 15 sicut etiam *póne* imperatiuo modo primam acuimus syllabulam et nouissimam calcamus. atque e diuerso ubi aduerbium fit aut praepositio, prima calcata nouissima acuitur. sicut etiam quaedam carminum genera, quae quamquam extraordinaria esse uideantur,
 20 tamen a rhetoribus ac leporicis secundum inlectum

1. *Exc. Bern. p. 190, 3*: Nonnulli aiunt — gressu idest sono duum pedum syllabarum primus — inclinetur ut legit — dicimus que rectum — quod non minus reperimus secundos pedes — ob dissimilium sonorum discrecionem reperta est ne confusibilitas — casu — elevata prima sedes at sit uerbum sit — cum dicitur primus erigitur aut — quod non non — metrorum secundum discretionis — syllabam — at ex — sit — calca — accuitur.

1 gressu *N* || 2 secundus (*s₂ ex m*) *P* || sovator *P* || 3 proprius *P*; prius solv. *N* || dicunt *Mai* || vádit] *apices hic et infra addidi* || 4 secundos (*o ex u*) *P* || 5 primus *PN* || Ugeo *N* || 6 doceo *N* || 7 diuertas *P* || 8 discrítio**nē (*em eras.*) *P*, discretionē *N* || nec confusi bicitas *N* || 9 nominatiuum casum *N* || 10 at] sedit *P*, om. *N* || primus *N* || sit *N* || uersain *P* || 11 dicemus *P* || sed & *P* || ditiuntur *P* || 12 erigatur *N* || alevt⁹ *P* || 14 discrítionis *P* || 15 pene *N* || 15 f. prima—syllaba *N* || 16 calcamus] *spatium 6—8 litt. in* *N* || at q. ue *N* || 18 f. genera quodam *N* || 19 quamquam] quendam *P* || 20 aut *N* || rehtoribus *P* || in illectum *P* fort. ex inlectum.

uolutatum sepiter usurpantur, ut sunt cantamenta et cantatellae, quibus uel maxime Sagillius germanus et Vitellius utuntur. et ille quidem in libello de mare et luna scripto statim in prooemio cantamentum insuit dicens

5

*mare et luna concurrunt una
vice altante temporum gande.*

iste uero in laude Matronae uxoris suae cantatellam satis iocundam intulit, in quadam ita infiens

*mea, mea Matrona, tuum amplector soma,
nobis anima una heret aquae arctura.*

10

Et quoniam de rhetoribus et leporicis mentiuncula facta est et de metris atque carminibus sermo progressus est, uideatur mihi commodum esse, ut aliquando de philosophiae generibus memorem. philosophia est amor et intentio sapientiae, quae fons et matrix est omnis artis ac disciplinae, unde et omnis qui in quacumque parte siue caelesti siue terrestri puro amore et intenta sollicitudine sapificat, philosophus dicendus est recte. nostrae autem philosophiae artes sunt multae, quarum studia principalia sunt: poema, rhetoria, grama, leporia, dialecta, geometria et cetera, quae non tam emulitatem quam curiositatem praetendunt. inter poema et rhetoricam hoc distat, quod poema sui uarietate contenta

1 voluntatem *N*, fort. voluntatum || cantametra *P* || 2 sagillius *P* || 4 ut *N* || staq̄tim *P* || prohcenio *P*, prēmio *N* || cantam̄to *N* || fort. inseruit || 8 uxoris *P* || cantatellat *N* || 9 iocundam *P*, om. *N* || quondam *N* || insiens *N* || 10 mea (semel) *N* || matronae *P* || ξoma *P*, zona *N* || 11 aqua tactura *Hartel* || 12 re^htoribus *P* || 13 progressurus *N* || 14 de**philosophiæ (ph eras.) *P* || 15 memorant *N* || amor quidam *N* || 16 quia *N* || 17 qua cūci pa^rte*(m) *P* fort. quacumce || 18 amore] animae *N* || intentā *N* || 19 rectā *P* || nostra *P* || 21 rehtoria *P*, rathria *N* || gamma *P* fort. grammatica || delecta *P* || 22 geometrica *P* || 23 rehtoria *P*, rhetorica *N* || 24 destat *P* || varitate *P*.

angusta atque obscura est; rhetoria autem sui amoenitate gaudens latitudinem ac pulchritudinem cum quadam metrorum pedum accentuum tonorum syllabarumque magnifica numeratione praepalat.

5 Sed multi in hoc tempore uim deffendentiamque harumce artium ignorantes in rhetoria poema et in poema rhetoriam agglomunt non habentes in memoria, quid Felix Alexandrorum magister praeceperit *una-*
quaeque inquires *ars intra suas contineatur metas,*
 10 *ne adulteretur disciplina maiorum et nos apud eos accussare cogatur.* sepissime uersus mei soliti meminisse compellor, quem frequenter in exprobrationem nostri temporis gurgonum decanto *mulctauit tornores logii nec arenam cessi.*

15 Et reuera quis internas sapientiae uenas intrabit? quis omnem pernoctationem, omnem sollicitationem, omnem diem, omnem noctem erga sapientiam transiget? multi etenim sapificare incipientes a puero festim ad seculi negotia relictis legitimis studiis preciti feruntur
 20 ictu, unde et nostri definire doctores neminem eorum, qui saeculi uoluptate et cupiditate pecuniae uinculantur, ad ueram sapientiae scientiam perfendere posse. sed ut ad incepta redeam, leporia est ars quaedam locuplex atque amoenitatem mordacitatemque in sua facia prae-
 25 ferens, mendacitatem tamen in sua internitate non deuitat; non enim formidat maiorum metas excedere, nulla reprehensione confunditur. de qua pauca non pigito

1 angusto *P* || rentoria *P* || amoenitate *N* || 2 latitudinem *N* || 3 quaedam *N* || tonorum *P* || 4 magnificata *N* fort. recte || praeparant *N* || 5 differentiamq; *N* || q: sed *P* || 6 rhetoria *P* || harumce, *om.* *N* || ignorantis *N* || 8 quod *N* || silex *N* || alexandri agrorum *N*, alexander agnorum *P* an Alexandriacorum? || 9 unaquaque *P* || contineatur *P* || 10 ne—deuicat *om.* *N* || & et *P* || 11 cogantur *P* || 13 f. gurgonum *P* || multi laetores logii necare nam cessi *P* || 17 transeget *P* || 19 studiis *P* || preciti *P* fort. praecito || 20 ictu *P* || 21 uoluptu et cupiditate *P* || 23 a. ut *P* || quaedam *P* || 24 quae *P* || 25 mendacitatem || ternita *P* || 26 formidant *N* || scindere *N* || 27 confundunt *N* || conpugito *P*, pon pigito *N*, non pigito promere *Hartel.*

promere exempla. Lapidus quidem in Assia minore oratorio praesens multa reprehensione digna conscripsit ut illud *sol in occursum metitur maria*. nulla hiic ueritas est, nulli enim creatae naturae maris profunda metiri possibile est. ergo nos dicimus *sol in occursum tingit mare*, quo quodammodo transitorie tincto usque ad possessores festinato perfendens toto illis ardentissime fulget noctu. Lapidus itidem dicit *uentus acer roborum radices euellit altas*; quod fieri omnino non potest, sed tantum uentus robora labefactat. 5 10

Gramma est litteraturae peruidatio, quae quasi quaedam totius lectionis semitula est unde et a peritis littera interpretatur legitima, quod est legendi itinerarium, cuius prae ceteris ego et laudo utilitatem, quam omnis pene participat mundus. 15

Dialecta est mordatrix omnium uerborum, quae legi dici ac scribi ab omnibus solent exinterans quodammodo atque effibrans uiscera sententiarum, medullas sensuum, uenas fonorum, cuius auctores in omni pictura crocitant acriterque in reprehensionem omnium scribtorum rictu hiant, quorum unus erat Iulianus, pater Donati ac Donis, qui nobis dicebat multo aliud esse dici *non debet* et dici *non oportet*. *oportere* etenim de 20

12 *cf. Clem. exc. (f. 6^b)*: Littera 'dicitur quasi legitima eo quod legentibus iter ad legendum praebet vocatur. 22. *Fragm. Mont. (cf. append.)*: Aliud est dici non debet dici — enim —

1 asia *N* || 2 oratorio *N* || praesens *fort.* praestans || repraesensione *PN* || 3 occasu *N* || mittetur *N* || hic *N* || 4 nullia *P* || natura mari *N* || 5 possibili *N* || occasum *N* || tingit *N* || 6 transtorie *P* || possessores *N*, pessosores *P* || 7 perfidens *N* || ardentissima *N* || fulges *N* || 8 noctu *N* || dicit uentus robora labefacta *N*; atera *P* || 11 f. Gramma. Littera in loqui & dicere in volo & cupio. certamen q̃ inter plebem & populum in verum et veracem *N in mg.* || 12 f. quae—quaedam, est—peritis *om.* *N* || 12 est *om.* *P* || asperisq; *P* || 13 interpretaetur *PN* || itinerarium *P* || 14 f. cuius—participat *om.* *N* || 14 prae caeteris o & *P* || 16 de dialecta *P* || 17 legi] *fort.* lege || quodammodo *P* || 18 effibrans *P* || 19—23 cuius—oportet *om.* *N*.

oportunitate diriuatur, *debere* autem ex insolubili debito. unde et si dicis *non oportet*, non tam fieri omnino interdici quam opportunum non esse ostendis, cum autem dicis *non debet*, indebitum est, si unquam fiat. dicunt
 5 etiam aliut esse *non potest fieri* et *impossibile fieri*; quod enim non potest ad praesens tantum non potest et forte aliquando possit, quod autem impossibile est quasi definite dictum nequaquam poterit effici. et hoc aliter esse dicunt *locutus est* et *dixit mihi*; *loqui* enim
 10 inmorosioris eloquentiae est, *dicere* autem simpliciter communiterque ad omne dictum refertur. dicunt quoque aliut esse *uolo* et *cupio*; *uolle* enim ex quadam suaui ac legitima uoluntate intellegitur, *cupire* autem inmoderatae cupiditatis est. inter *bellum* quoque et
 15 *praelium* et *pugnam* et *certamen* non paruam differentiam esse adfirmant. *praelium* enim nonnisi in *praelio* hoc est in pelago effici potest, quod ideo *praelium* nominatur, quia prae ceteris elimentis quadam sui inmensitate inundando etiam et deundando quendam am-
 20 mirationis praelatum habet. *bellum* autem nonnisi in belsa hoc est in campo agitur. belsa enim ob hoc dicitur, quia belsa plurima quae sunt gramina profert. *certamen* autem ex certo loco hoc est receptaculo exercitus diriuatur. *pugna*, in qua pugilles suos utrobique

debito — debet indebitum si — fiat. 9. *ib.* Aliud est dicitur *locutus est* et — eloquentis — capere — immoderate — *praelium* et *certamen* et *pugnam* — esse differentiam *prelium* — quam — clementis (?) — admirationis — habent — belso — belsum — ab — quod — a certo loco — *pugna* iaculationes suas *pugilles* —

1—9 *debere*—*dixit mihi om.* *N* || 1 *insolubili debeto* *P* || 3 *oportumum* *P* || aut *P* || 4 *indebetum* *P* || 5 *aliut* *P* (*semper*) || 8 *definitæ* *P* || 10 *morosiris* *P* || 11 *refertur*] inter *uolo* & *cupio* *N* || 13 *sau* *P* || 14—21 *cupiditatis est*—*belsa om.* *N* || 16 in *om.* *P* || 17 *pylago* *P* || 18 *caeris* *P* || *quamdam* *P* || 19 *ammiratio**nis* (*nē eras.*) *P* || 22 *grami*na* (*a eras.*) *P* || 23 *cepto* *P*; certo loco dirivatur *N* *cetera desunt usque* inter *plebis* || *ex^{ci}ertus* *P* || 24 *utribique* *P*.

pugiones iectant. dicunt etiam, quod alia sit *plebs*, alius *populus*; *plebs* enim haec erit, quae plenis agris domibusque omni substantia redundans per hoc nec belli peruicax nec doctrinae exstat efficax, *populus* autem ex pope hoc est ex fortitudine uel manuum uel sensuum sic appellatur. unde Honoratum reprehendimus grammaticum, qui canit *plebs in bello congregata est*. et alio loco *uerus* inquit *poeta sic ait*. hoc quam stulte locutus est, cum hoc dicere debuit *uerax poeta*. *uerus* enim ad naturae tantum ueritatem refertur, *uerax* autem dicitur qui nequaquam mentitur. non bene etiam plerique *consummotionem* in bonam partem et *consummationem* in malam acceptant, cum consummotio ad defectionem, consummatio ad perfectionem pertineat. male quidam *loquelas* in elocutione intelligi uolunt, cum loquela¹⁵ diminutivae sunt quasi simplicia clefia. loquela¹⁵ per *e* et unam *l* scribendae ad perfectam pertinent elocutionem. miror etiam cur *creaturas* pro *elimentis* et *elimenta* pro *creaturis* ex nostris et quidem sapientes quidam possuere, cum elimentum nonnisi aetereum quasi diuinum aliquid uocandum sit. *hele* enim apud Hebreos deus erit, unde et apud Grecos *helium* sol dicitur. creatura autem uocatur quidquid de terrae materia creatum sit. sunt elimenta hoc est initia litteraturae, quae ex eliminatione hoc est ab

pugines — mentitur. consumptio ad defectionem consummatio vero — pertinet. 14. *ib.* Male quidam — elocutionē — cuius loquela per *e* et — elocutionem.

2 inter plebis et populus: plebis enim *N* || pleni *PN* || 4 per-
 viacax *P* || doctrina *N* || 6 honoeratum *P* || 8 sicut *P* || 8 f. appel-
 latur inter verus et verax verus *N* *cetera om.* || 9 f. verax—naturae
om. *P* || 11 f. non—etiam *om.* *N* || 12 conmotionem *P* || 13 pallam *P* ||
 14 consumotio-consumatio *P* || 15 loquillas || elucutione *P* || 16 di-
 minitivæ *P* || 17 pertenent *P* || elocutionem *P* || 18 cur quod *N* || 19
 creaturⁱ *N* || 20 elimntis *N*¹ || nri *N* || aethereum *N* || 21 ebreus
P, hebreos *N* || 22 erit] dicitur *N* || elium *P*, eloim (o ex corr.)
N || 23 materiæ *P* || sit] est *N*.

inscribitione uocitantur. haec de dialectica arte sint dicta, quam sophisticam id est argutam siue ex sapidio sapidiosam nonnulli appellauerunt. nunc ad geometricam ueniamus.

Geometrica est ars disciplinata, quae omnium herbarum graminumque experimentum enuntiat: unde et medicos hac fretos geometres uocamus id est expertos herbarum.

Est et alia philosophiae ars, quae astronomia nuncupatur, quam mathesin Graeci uocant, quae astrorum omnium cursus liniasque ostendit, in qua arte temporum signa et operum oportunitates intelleguntur. ex qua XII signa principalia supputantur, quae Graeci mazaron uocant, apud quos tamen non XII signa sed sedecim habentur, quorum sunt nomina *mon, mah, tonte, piron uel dameth, perfellea, belgalic, margalet, lutamiron, tamimon, raphalut* et cetera; quibus omne humani generis ius gubernari putant. sicut Aemeri^{us} de muliere quadam infatua dicebat *haec ideo patitur, quia in prima nocte, qua uxorata est, mon cum belgalic cucurrerunt*. sed quia stellam ex sese factam esse nulla ratio credi permittit, gubernari humani status iura et mores per astra credere nulli sensato fas est uiro, sed putius per immensam illam potentiam, ex qua et stellae factae sunt, omnium quoque hominum et tempora reguntur et opera, quam potentiam diuinitatem et per hoc deum a culturae illius

1 daelectica *P*, de *om. N* || 2 soffysticam *P* || siue ex] sine *P* || 2 f. quam—ueniamus *om. N* || 4 geometria *N* in *marg. bis* geometrica astronomia || disciplinata *om. N* || q *P* || 5 expirimentum *N* || et *om. N* || 6 ac *P*, hac f. *om. N* || geometris *N* || expertus *P* || 8 astronomi *P* || 9 mahtessint *P* || vocant** (ur eras.) *P* || astronomia id *N* cetera desunt || 10 leniasq; *P* || 11 et *om. N* || oportunitatis *N* || 12 Gōeci *P* || 13 tamen *om. N* || XLI *N* || signi *P*, *om. N* || sedecim] XIII: *N* || 14 m tonte *P* || phinon *N* || damethht, damech *N* || 15 perfellæ *P*, p f fellea *N* || margalet *N* || lutamiron *N*, tamiron *P* || taminon *N* || 16 gubernaturi *N* || 17 f. sicut—haec *om. N* || 18 infatua *P* || deceba*t (n eras.) *P* || noc.. qua *P* || 19 belgalith *N* || 19 f. fort. concurrerunt; id est stellae duae add. *N* cetera usque opicam hoc est rationabilem desunt || 20 stella —facta *P* || 22 sensatio *P* || imensā *P* || 25 diuinitatem *P* || dñ·a·*P*.

uiris ac mulieribus uocari et inuocari sepe uideamus. omnis igitur humana industria, omnis ad hoc spectat sapientia, ut de inferioribus ad superiora conscendat, quo scilicet naturalem omnium rerum notitiam hoc est fisicam disputans, ethicam quoque quae ad morum emulamenta pertenditur legitime transcendens, logicam ipsam hoc est rationabilem supernarum rerum attinguat disputationem.

Illud quoque omni sapienti sciendum atque scrutandum est, quomodo et qualiter sese plastus homo habeat, qui primum *plastum* ex limo dein *afflam* ex superioribus et haec ineffabiliter coniuncta habet, dissimili natura in semet ipso perfruens. *plastum* quidem quasi materia uiliore compactum utpute ex liquidis et aridis, frigidis et calidis rebus conexum in famulatum sibi *affla*, quae est anima, nouerit deputatum. sed quia *anima* ad hoc tantum imperat corpori, ut animet sicut et omnia animantia, ergo nisi haec anima mentem et rationem habuerit, nihil ab animantibus deffert, quae utroque carent. sicut anima corpori, ita et mens animae et ratio praesulat menti. *mens* de metiendo dicta, quando subtiliorum sensuum mensuram aperit animae, in qua capacitate tali quadam facta superior ratio infussa perfecte eam sapire facit in cunctis. secundum triplicem ergo sapientiae, quam diximus, regulam triplex quoque in homine status est. anima quidem naturalia sapit, in qua est et *ingenium*, de ingenuitate creationis crea-

3 sapi entia *P* || inferioribus *P* || 4 quos cilicet *P* || 5 ehticam *P* ||
 || quoqui *P* || 6 l*ocā *P* || 8 disputationē *N* || 10 sēsē astus (*sic*)
P, plaustus *N* || 11 plaustum *N* || 12 coiuncta *P* || diesimili *P* || 13
 plastum] de plasto et affla id est corpore et animo *N* in *mg.* || 15
 infabulatum *N*, infibulata *Mai* || 17 ab hoc *P* || 18 animantem *P*,
 omnia mentem *N* || 19 deffert *P*, difert *N* || quae—menti *om.* *N* || 21
 prēsul*τ (e *eras.*) *P* || mens enim *N* || metiando *N* || quandam *P* ||
 22 f. inquam capacitatem *P* || 23 infusa *N* || 24 perfectæ *P*, per-
 fectę *N* || sapiri *N* || 24 f. in cunctis—regulam *om.* *N* || 25 triplef*x*
 (f *corr. ex i*) *N* || quoque] quidem *N* || 27 ingen*um *P*, de anima
 mente et ratione *N* in *marg.* || de ingenio vitae creationis *N*.

toris sibi insertum ac nominatum. mens autem moralia intellegit, in qua est memoria, qua uisa uel audita tenaciter memorat et in ipsa uelut in quodam integro uasse congregans innumeris cogitationibus scatet. *ratio* 5 uero superiora et caelestia perlustrans intellectum quadammoda ignitum flammosumque possidet. non inmerito itaque praeceptores nostri et praecipue Sulpitia atque Istrius hominem mundi minoris nomine censuerunt, quippe qui in semet ipso habet omnia, ex 10 quibus mundus constat uisibilis. terra enim in corpore et ignis in anima, aqua in rigiditate et aer in cogitamentorum uelocitate accipitur, sol in splendore sapientiae, luna in incerto et instabili statu diuitiarum iuuentutisque, campus floridus in nobilitate uirtutum 15 et mititudinis plania, montes in exultatione generositatis, colles in successione hereditatis, ualles in humiliatione tribulationis, ligna fructifera in fructibus largitatis, ligna sterilia et loca aspera et uoragines inmundae spinae quoque et tribuli in malis moribus 20 auarisque hiatibus, serpentes et pecora in simplicitate atque prudentia, mare quoque undosum biluosumque in turbinosa cordis profunditate hominis et in ipsa ratione.

His omnibus licet alio itinere decursis ad nostrum 25 propositum hoc est ad metrorum parationem fine tenus recurramus. omnis uersus exametrus siue eptametrus rhetoricus est; trimetrus autem et tetrametrus et pen-

1 men *P* || 3 teneciter *P* || et in ipsa *om. N* || 4 uasse *N*, vassa *P* || *ratio* (*t eras.*) *P* || 5 superiora (*e eras.*) *P* || 5f. quodam modam *P*, quodammodo *N* || 6 flammosum *N*, famosumque *P* || 7 praecipuer *P* || Sulpicia *Mai* || 8 istius *N* || h omnem *P* || 11 in** *P* || a*er *N* || 12 accipitur *om. N* || 14. campos (*o ex u*) *P* || nobilitate *PN*¹ || 15 multitudine planitiae *N* || in *om. N* || exaltatione *N* || 18 sterilia *P* || aspera *P* || 19 inmunditia///// *N* || 20 semplitate *P* || 21 bilosum//// *V*, beluosumq; *N* || 22 aridis *V* || homines *V* || et *om. V* || 24 aliis tenere *N* || 25 propositum *VN* || pationē *P*, narratione *VN* || sine tenus *VN* || 26 omnes *V* || uersus *V*¹*N* || 27 rethoricos *P*, r&horicus *V* || &etrametrus *P*.

tametrus poeticus est, de saffico autem et heroico uersuum metro in quadam epistola, quam inter duodecim ad Donatum Romam missimus, describisse me sufficienter memini. uereor ergo, ne si haec eadem repetiero, fastidiosus magis scribtor quam sollicitus doctor 5 haberi incipiam. de grecis autem metris, quorum natura dissimilis et longe diuersa, nihil hinc disputare necessarium reor cum latinum opus efficiam. ante omnia autem trea ista omni doctori carmina componere uolenti necessaria sunt, ut primum describendarum literarum 10 notitiam habens singularum modos mensurasque depingat ac syllabarum neue uersum uersui et metrum metro commisceat, ne sua uel suorum ars bene composita per scribendi inperitiam nihil lucri legentibus conferat. tum deinde ut in orationis partibus et romana ueritate non fallatur, ne quod eloquenter se composuisse putarit, ignorata ueritate latina risum pro laude adquirat. tertio ut in suis carminibus unumquemque uersum suo reddat iuri, ne sicut rex Alexander Macedo cuidam sibi laudis carmina decantanti audenter 20 exprobrauit, suo uitio praeciosarum sit fuscator margaritarum.

1 poetic^us P || saffico N, sapico V || ierochico P, heroico (o₁ ex u) N || v^orsuum V, vorsum N || 3 discripsissem N || 4 ni si N || haec om. V || 5 fastidiosus N || scriptor VN || 6 croecis P || 7 dissimilis V || versa P || hic VN || disputari V || 8 omonia N || 9 tria V || doctore N || carimina P || 10 prim V || 11 singularem V || modus VN || depinga V || 12 ac om. V || versuum PV || 13 s^uorum P || ari N || pene V || composita VN || 14 inperitam N || legen tibus (legen in ras.) P || 15 conferat—or. om. P || oratione P || 16 ne] de N || sese V || 17 putar & PV, putarat N || 18 laudem N || 19 r^uex om. V || alaxander P || 20 macido PN || carmina N || decantandi P, decantenti N || 21 fus car^{to}* P, fureatur V.

V. DE NOMINE.

De nomine breuiariam epitomam edicturus erogare prius debeo quaerimonantibus, qua diuitia nomen omnibus partibus latinitatis praelatum sit, cum in Hi † bonorum elocutione et conpositione primatum estimatur
 5 uerbum. super hoc Aeneas X libros edidit, ex quibus ego unum tantum sumere oportunum puto. *quassum nomen inquit secundum sensum principium est, non secundum appellationem. cum enim nascitur homo, antequam rem aliquam agat uel discat uel sciat, nomen illi inditur.*
 10 *nomen ergo principalis pars latinitatis est. cuius qualitatis uirim, quae prima illi accidit, tractare temptabo.*

Qualitas nominum non bipertita, ut quidam rentur, sed multipertita; uariis siquidem et multis consistit speciebus. nonnulli tamen de propriis et appellatiuis
 15 nominibus quaestiones obtendere constant, quasi proprium sit aliquod nomen latinum. omnia namque nomina latina, immo omnia fona ita inuicem conexas sunt,

1. *Exc. Bern. p. 191, 5:* Interrogare debeo cur nomen omnibus partibus Latinitatis praelatum sit — in † hiborum — conpositione praecipuum estiatur (sit *corr. m. 2*) uerbum — Aeneas inquit: nomen secundum sermonem principium est, non secundum appellationem cum priusquam — indicitur quare (*ex conl. editoris*) uerbo praecedat nomen — pars orationis principalis Latinitatis. *cf. etiam 191, 14.* 8. *Exc. Clem. (f. 11^b):* cum enim nascitur — indicitur et ideo uerbum praecedat.

Expt. III. INCIPIT V. DE NOMINE. V, *inscript. om. PN* ||

1 apithomam P, epitomae N || edu^hrus N || rogare P, rerogare N || 2 prius (m *eras.*) P || querimonantibus N || diuicia P || 3 hi bonorum P, hiborum N || 4 eloquutione V, eloquutione P || inpositione V || primatum tenere V || estiatur PN || 5 f. super—puto om. N || 7 secundum P, scdm N || principatum V || 10 f. cuius—temptabo om. N || 11 uerim P || accidi V || 12 nomi/////nū (nū *in ras.*) N || qui P || bipititae P || qui N || renteır P || 13 muli aperita N || siquidam P || consist& P || 15 questionantur N || contant P || 16 prium P || 17 latinae P || omna P.

ut quodque sicut alteri heret ita ab altero appelletur. propria ergo nomina non secundum simplicem sonum sonanda sunt, sed secundum subtiliorem quandam interpretationem. proprietas quippe duas res significat aut specialitatem aut propriorem ordinem: proprii enim ⁵ recte dicuntur qui in primordio ciuitatum honore uel dignitate uel censu scribuntur, unde et Cicero de Iustino quodam Romano scribens ita inluit *Iustinus autem proprius omnium sese obdedit* hoc est *primus omnium*. proprie ergo nomina primaria dicenda sunt ut *Roma* ¹⁰ *Carthago*. communia autem inferioris ordinis sunt ut *ciuitas*. de re autem et corpore multi hessitant. res hebreica litera est quae interpretatur caput. res ergo hoc est quod et primarium nomen. sicut ergo a primario quolibet ducatur exercitus inferior, ita et capite ¹⁵ corpus omne regitur. appellatiua autem nomina multifidas species habent; quaedam enim nomina principalia sunt ut *rex*, quaedam primatiua uocitata et multas ob causas postea repperiuntur inmotata; alia enim ob uictoriam, alia ob dignitatem, alia ob infamitatem, non- ²⁰ nulla ob amorem indita sunt. cum enim Scipio Affricanos et bello uicisset et in dedicionem recepisset, et ipse Scipio *Affricanus* dictus est. Gordonus propter Misanorum opulentiam dignitatemque, quibus praeerat, *Misanus* et ipse uocatus est; Mantanus quoque propter ²⁵ auaritiam uoracitatemque, quae Tantalo uernacula sunt,

1 heret *P*, eret *N* || 2 f. propria—interp. *om.* *N* || 3 interpretationem *P* || 4 quippe *om.* *N* || dus *P* || significait *P* || 5 propriⁱ *P*, propri *N* || 6 f. ciuitatum—censu *om.* *N* || 7 censuf (*f ex n*) *P* || 9 omnius *P* || obsedit *N* || omnia *N* || 10 propriæ *P*, proprium nomen *N* || 10—12 ut Roma—civitas *om.* *N* || 11 chartago *P* || communia *P* (*ubique fere*) || 12 essitant *N* || 13 ebrea *P* || 14 primarium *P* || 15 quolibet *P*, *om.* *N* || 15 f. inferior—regitur *om.* *N* || 16 nomi *P* || 17 f. principalia—primatiua *om.* *N* || 18 primatum *P* || 19 repperiunt *P* || uicturiam *N* || 21 scripio *N* (*semper*) || affricanus *N* || 22 indicionem *N* || 23 dicitur ÷ *N*, ductus est *P* || Gordonus *P* || 24 opulentiam *N* || pre^{deno}eram *N* || 26 cantabo *P*.

Tantalicus uocitatus est. Samminius autem auunculus meus, quia goela erat matri suae hoc est lectuosus, *Goelanus* usque hodie uocitatur. alia sunt agnomina, <quae> de agris uocantur ut *Parthi* de Parthe. cognominum autem duplex regula est: nomen namque quod postea inditur, primo et adhuc inmotabili nomine manente cognomentum appellatur ut *Paulus Fabius*. multa tamen de cognatione carnali cognomina dicuntur ut *Saurinus* de Sauris. multis autem praetermissis qualitatibus speciebus ad necessarias ueniendum est. nomina primi status immobilia sunt, quae nullis adiciuntur ut *rex*; deminutiva autem quamuis et ipsa immobilia sunt, ab hiis tamen nominibus, quibus herent, persepe genere discrepant. nonnumquam tamen concordant: dicis enim *taberna*, ex qua deminutivae fit *tabernaculum*. dicitur etiam *poera* ex qua *periculum*, quam Latini non bene mutarunt ut pro *r n* sumpta poenam uocent. *lapis* est ex quo habes *lapiculam*. quae autem concordant multa sunt ut *hostium hostiolum*, *riuus riuulus*, *flagum*

12. *Exc. Bern. p. 191, 25*: Deminutiva autem — sunt quando nullis adiciuntur, ab his tamen — sepe genere — pera — motaverunt (*corr. m. 2*) — sumptam penam — ex qua — rivulus odorem (*an odor ē in cod.?*) — ferris — ferra — vinculum quia nomina — littera. 15. *Ars anon. Bern. p. 71, 4*: Item Virgilius Asianus de diminutivis dixit: taberna tabernaculum facit, pera periculum, lapis lapicula, hostium hostiolum, ribus ribulus, flagum flagellum, fer hoc est epulum ferculum facit: hoc autem (aut *cod.*) nomen fer tertie declinationis est et sic flectitur, fer feris et cetera et facit fera. item bax, inde fit diminutive baculus.

1 avunculus m. om. N || 2 erit N || 3 goelanus uocitatus N || 4 parti N || parthae P, parte N || 5 namque om. N || 6 et om. N || inmotabili mine P om. N || 7 Paulus F. om. N || 8 sauritus (u₂ ex corr.) N || 9 saureis P || specibus P || 9 f. multis—est om. N || 11 adiciuntur P, adieciuntur N || rex P || 12 sunt P || 12—15 immobilia sunt sicut taberna N || 13 geræ P || 15 deminutivae P || 17 supta P || lapides P || 18 est om. N || ex (x corr.) N || lapiculum (u₂ corr.) N || 19 f. flagum flagellum P.

flagellum, in quo quidam *r* addunt superflue ut fit *flagrum*, nam *flagrum* quod flagrat odor est. *fer fer-culum*, *fer* enim epulum est et sic flectitur *fer feris* et facit *fera*; *bax baculus*; *macula* autem et *tabula*, *fibula*, *macellum*, *vinculum*, *garbellum*, *quircula*, quia nomina ⁵ primae positionis non habent, deminutivae esse non facile creduntur. at autem Cicero solebat dicere *haec esse diminutiva ex sensu non ex littera*. dirivatiua autem non unius moris sunt; quaedam enim in *nus* syllabam desinunt ut de terra *terrenus*, de monte *montanus*; ¹⁰ quaedam in *cus*, maxime quae de regionibus et gentibus dirivantur et sectis ut *Macidonicus*, *Sarmaticus*, *Germanicus*, *gramaticus* et cetera; quaedam in *tis* ut *celestis leuitis*; quaedam in *eus* ut *igneus*; quaedam in *ius* ut *Aegyptius*; quaedam in *lis* ut *carnalis animalis*. ¹⁵ sciendum quod omnia dirivatiua nomina adiecta semper sunt.

De conparatione pauca dicenda sunt. possitiuus gradus cum genitio seruit, licet ex sollicitismo, tamen superlativi facit opus ut *sapiens sapientum*, quasi hoc ²⁰ diceret *sapientissimus sapientum*. nonnumquam etiam comparatiuus gradus cum genitio cassui adhesserit, superlativi opus facit et hoc non rationis sed uetustatis est, dicis enim *maior omnium*, acsi dixisses *maximus*,

8) *Exc. Bern. 191, 18*: Dirivativa autem — sunt moris — in *us* — grammaticus quaedam — caelestis quaedam — animalis. *cf. etiam art. anonym. Bern. p. 69, 27.*

2 *flagrum* *N* || sit *f*agrum* *N* || nam *fla*grum* *N* || quod**
N || 4 ferea *P* || *ba^xc* *P* || *at (t in ras.) *N* || 8 diminutiva *P* || dirivati^{aū} *N* || 6 f. quaedam—desinunt *om.* *N* || 10 *dē*sinunt *P* || de₁ *om.* *P* || 11 et gentibus *om.* *P* || 12 derivantur (e ex corr.) *N* ut saepe || sictis *P* || 12 f. macedonicus grammaticus sciendum *N* || 14 leuitis] is in ras. *P* || 17 dirivatiā *P* || 18 de conparatione nihil aliud *N* || positivōs *N* || 20 faciet *N* || sapientium *N* || 20 f. quasi—sap. *om.* *N* || 22 cūparatiū *P* || genivo *N* || adhēserit *N* || 23 superlativi] i₂ ex o *N* || 23 f. et hoc—est *om.* *N* || dixisset *N*.

et contrario cum superlativus gradus ablativus plurali fuerit adiunctus, pro comparativus accipietur; sed hoc barbaricum est Done dicente *tu es omnibus fortissimus regibus*, hoc dicit *fortior omnibus*. de comparativus autem
 5 non parva nascitur quaestio, utrumnam idem gradus utriusque numeri cassui ablativus servire debeat, an tantummodo singulari aliis hoc confitentibus, quod utrumque recipiat cassum, aliisque autem deffitentibus, quod absque singulari ablativus aliquem habeat cassum, cui
 10 rite serviat. ego Aeneam, quem falli in nulla erat possibile ratione, sequens confidenter assero, quod comparativus gradus utriusque numeri cassui ablativus rectissime serviat. comparativus gradus nominativus cassui absque comparandi adverbio, quod est *quam*, adiungi
 15 non debet. possitivus gradus pro comparativus ponitur barbarice sicut Horatius ad me quondam scribens sic factus est *suo magnus doctore pro maior* et iterum apud Flaccum legimus *rationabilis omnibus pro rationabilior*. sed haec licet indubitata nobis auctoritatem
 20 non exhibeant, tamen quia a plerisque gnarissimis uiris usurpata sunt, apertam diffissionem inferre non debent. comparativus gradus superlativus incongruentissime prae-

22. cf. art. an. Bern. p. 80, 21: Item Virgilius Asianus de comparatione dicit: Comparativus gradus —

1 et contrario om. N || 2 f^uerit N m. al. || 2 f. sed—est om. N || 3 donae P || fortis sim^vos N || 4 cumparativo P || 5 non] cum P || 7 aliis] absquae P || 8 recipita P || caussum P || alis P || diffitentibus (corr.) N || 9 aliquis ingul^fari* (s eras.) P || abeat PN¹ || 9 f. curite P || 10 f. ego assero N cetera om. || 11 confitenter P || 12 ablativum P || 13 comparativ^vos N || nominativus P¹ corr. in—o || 14 adverbio* quod* (o₁ ex u) N || 15 possiti^vus N || gradus om. N || 16 barbarice om. N || oratius scribens N || 17 factus] i. q. fatus || 18 Falcum P sed cf. infra || et rationabilis N || 19 f. sed—quia om. N || dubitatam P || 20 exibeat P || a p^heeristi P || gnarissimis (is ex us), garrissimⁱis N || 21 difensionem V, difi^{niti}one* (m eras.) N || insperari (rari corr.) N || debⁿ& P.

ponitur ut *maior maximo*: superlativus quippe omnibus superequitat sicut et positivus omnibus subsedet. comparativus autem velut quaedam medietas scalaris et positivus altior et superlativus humilior est gradus quasi positivus superficie, sed qualitate superlativus ut *prae-* 5
cipuus egregiusque et cernuus. dicimus enim *prae-*
cipuus omnium, egregius patrum, cernuus regum.

Nunc de genere tractandum est nominum. quadri-
formia genera sunt sicut omnibus patet legentibus.
primum masculinum, secundum femininum, et hoc sic 10
orditur, quia secundum leges antiquas uir mulieri prae-
latus est; neutrum autem ideo dicitur, quia et in de-
clinatione et in qualitate nec aperte masculinum nec
absolute dicitur esse femininum. commune autem genus
duplex est. etenim masculino genere et feminino com- 15
munia nomina sunt ut *sacerdos dies finis renis lacus*;
sed cum masculino genere sit, sic declinatur *lacus lac*
laco sic *acus aci aco* sic *domus domi domo* et faciet

quippe gradus omnibus praecellit et supersedet sicut et posi-
tivus — autem gradus — humilior est (humiliorem *cod.*).

12. *Exc. Bern. p. 192, 15*: neutrum autem — quod — cu-
mune autem duplex est masculino genere et feminino. nomina
communia — lacus si masculini generis — facit domorum domus
at feminino genere — sic acus domus et facit domus domibus
— eadem est.

1 quippe *om. N* || 2 superaequitat *P*, superiacitat *V* || sub-
sidet (i ex e) *N* || 3 velud *P* || meditas *P*, *om. N* || scalarⁱ *P* ||
4 humilior* *N* || gradus^{ll} (^{ll} de nomine *in marg.*) *P* || 5 superfice
*PN*¹ || 5 f. ut—cernuus *om. N* || 6 cernus *P*¹*V* || 7 cernus *V*,
ceruus (n m. al.) *N* || post regum *ras. 4—5 l. in V* || femininum neu-
trum commune m. f. *N* || 10 primus *V*, *om. N* || si *V* || 11 antierias
V || praelatus *N* || 13 et *om. N* || 14 dicitur e. *om. N* || commune *V*
|| 14 f. commune id^t masculinum et feminum nomina *N* || 15 ess
(*& in marg.*) autem *P* || masculinum *P*¹ *corr.* || generi *P* || com-
monia *V*, communias^c *N* || 16 nomina c. *VN* || sacerdos *P*¹*N*¹ || fines
*N*¹ || rinis *P* || lacus] a *in ras. P* || 17 com^u *P* || generi *P*, masculi
generis *N* || declinat^u (n *eras.*) *P*, declinabitur *N* || 18 domo]
mo *N*.

domorum domis, at feminino dicitur *lacus* sic *acus* *domus* et faciet *domuum domibus*. *lapes pulues cines* masculina sunt, *lapis pulvis cinis* feminina sunt, sed declinatio eadem est. communia etiam masculino et neutro
 5 inueniuntur ut *fulgor murmor frigus buxus*. sunt et feminino et neutro communia ut *tellus holus*. omnis autem animalis aut auis nomen proprium genus habere non potest, antequam discernatur cuius sit generis exceptis dumtaxat hiis, quibus propria in utroque genere
 10 nomina posita sunt ut *taurus* et *uacca*, *bos bovis*, *aries* et *ouis*. nomina autem, quae omnibus generibus aptantur, non communia sed omnigena dici debent ut *felix uelox uerax amens diues prudens*.

De numeris autem hoc tantum dicendum est, quod
 15 sequestrata singularitate et pluralitate manifesta multa communia utrique numero inueniuntur ut *sepes nubes dies clades fames sedes uultus tribus gresus* et cetera. at *terra*, in qua hominum genus est, *turba* ac *tribus populus plebs contio*, licet singularem numerum praeferunt, pluralia tamen manifestantur ex sensu. unde
 20 et pluralis numeri uerbis applicari debent sicut Cicero effatur *audite plebs et intendite tribus*.

4. *Exc. Nanc. p. 18*: Communia masculina et neutra — murmur prunus — feminini et neutri — communia — omnis animalis — dumtaxat his — propria nomina in — posita — vacca etc.

1. at] et *PN* || femininum *N* || sic lacus *V*; lacus lacus & *N* || 2 domo//s *P* || facit *V* || domum *N* || 2 f. lapēs (*m. 1*) pulvis cinis masculina sunt sed d. e. *N* || 4 eādem *P* || cōmonialiam *P* || masculini et neutri *N* || 5 murmur *N* || frigus] pruⁿus (*pru in ras.*) *N* || 6 feminini et neutri *N* || ullus *V* || 7 autem *om.* *N* || 8 antiquā *V* || generis sit *V* || 8 f. exceptis his ut *N* || 9 gene *P* || 10 buis *P* || aeries *P* || 11 oves *V* || omnibus *P* || quae] *N s. l., om.* *PV* || 12 flex *N*¹ || 13 veras *V* || amiens *V* || 15 sequestratas *V* || 16 commonia *P* (*ubique fere*) || utriq̄ *P* || spes *VN* || 17 dades *N* || gressus *VN* || 18 at] a *V* || 19 praeferunt *N* || 20 plura *V* || 21 post pluralis spatium in *P* || sicut & *P fort.* sicuti || cicerone *V*, cicero** *N* || 22 refertitur *V*.

Figurae autem sunt duae, simplex et conposita, sed conpositio nominum aliquoties in bonam partem, nonnumquam autem in malam proficit, quia cum dicis *impius* peior *pio* est, cum autem dicis *impiger* et *inlustris* melior est *pigro* et clarius *lustris*, hoc est ignobili. conpositio autem nominum per modos fit, qui modi aut integri aut corrupti sunt. corruptis autem integritas non est quaerenda sicut nec integris adimenda, quia enim corrupti dicuntur, non quod integri ante fuerint, sed quia soli latine dici non queunt. legimus ¹⁰ dicente Aenea, quia hii modi conpositionum duarum uel trium literarum numerum non excedant. dicimus enim tribus modis *integer* nouissimo corrupto, *insulsus* medio corrupto, quae tamen nomina plerique duobus modis metiuntur. sunt nomina quae accepta conpositione ¹⁵ literam mediam uocalem motant, quae in simplicibus prima est syllabae, ut *salsus insulsus*, *barbatus inberbis*, *dampnatus indempnis*, *minatus inmunis*. monosyllaba autem nomina componi non possunt praeter adiecta ut *ers iners*, *sons insons*. cetera autem primae ²⁰ positionis sicut nec componi ita nec per modos discerni habent, quia hii modi, quos dicimus, syllabae sunt ut

6. cf. *Exc. Bern.* 193, 8: Dicit Virgilius: Nomina quae conposita sunt ex duabus partibus corruptis, non revertuntur ad integritatem ut ipse dicit: corruptis autem modis integritas non est querenda sicut — dimenda (demenda *corr. m.* 2) — nonq; integritate ante fuerunt — nequiunt.

1 fi*grae *P* || 2 nomiū *P* || 3 nonnum *P* || malam *ex* malum *P* || 4 impeger *P* || 5 glarior *P* || 6 modis *N* || 7 modi* syllabæ sunt aut *N* || integritas *P* || correpti *P* || aut *P* || 9 qui *PN* || quo *P* || integritate *P*, integri*ate *N* || 10 quia] qđ*** *N* || la*tine *N* || nūn *P* || 10—15 legimus—metiuntur *om.* *N* || 11 dicen*ate (d *eras.*) *P* || conpositioneum (e *fere eras.*) *P* || 14 plerisque *P* || 16 motant *P*, mutat *N* || 16 f. quae—syllabae *om.* *N* || 18 dampnatus *P*, damnatus *N* || menatus (e *corr.*) *N* || inminis *P*, inmonis *N* || monosyllabae *PN* ¹ || 20 ut *ers N*, || εf. f. *P* || 21 discer/ *P* || 22 quōdicimus *P* || quia —sunt *om.* *N*.

ars mons. cum me Aeneas sciscientem adhuc rudem-
 que discipulum lucide uellet inbuere, quandocumque
 mihi modos nominum syllabas pedes metra scribebat,
 ita punctis interpositis informabat, ut primo pede pa-
 5 gilla inpresso unum punctum inprimeret, et ita secundum
 incrementum uel numerum modorum punctorum quo-
 que adiectio infingeretur. et quia ipsius Aeneae mentio
 incedit, commonitoria eius uerba paucis proferam uobis,
 quae propter illius longam absentiam sine lacrimis fari
 10 non possum. dicebat itaque mihi: o Virgili, primum
 sidera, ne putius tuis inuentis quam tuorum doctorum
 credas exemplis. quanto magis enim propria autoritas
 defenditur, tanto magis improba falsitas esse deprenditur.
 dicebat etiam: nullum diem totum totamue noctem ua-
 15 cuam a sapientiae studiis exigas, quia et si una die
 uel nocte lectionem intermiseris et crastino statim legere
 coeperis, sensus acumen aliquantula licet parte repperies
 deacutum. namque lectionis intentio acuendi augmenta
 conquirat ingenii. hoc mihi prae ceteris insinuabat, ne
 20 congregandae cupiditate pecuniae tenerer: sicut enim
 aqua ignis extinctoria est et sicut tenebrae lumen ob-
 tendunt, ita etiam sapientis sensum pecuniae cupido
 incapacem expertemque peritiae facit. uerum quoniam
 omnia illius documenta commemorare nec huius tem-
 25 poris stiliue nec meae facultatis esse arbitror, unam
 illius, quae forte legentibus prosit, sententiam proponam.
 quadam die cum eum secreto quaererem, quid inter causam

1 me om. N || sciscientem P, om. N || 1 f. ad utrumque (utrum
 in ras.) discipulum N || 2 lucide N || uellet P, uellet (e₂ ex i) N
 || 3 modus PN¹ || nominum om. N || 4 f. pagillus P || inpresso P,
 inpressa N || 5 inpraemere P, inpraemereⁱ N || secundum P || 7
 adiecto P || 7—14 infingeretur dicebat enim N || 13 deprenditur P
 || 15 die* N || 16 crastinu^u P || 19 f. ingenii sicut N cetera om. || 21
 ignes N || 21 f. obtendunt (o eras.) P, obtendunt N || 22—27 cu-
 pido—rogarem om. N || 23 expertemq; P || 24 documenta (ex
 tum) P || ne P || 25 mea P || un amilius P || 27 quadam ex quadam
 P || quaererem] eberem P, eruerem Hartel cf. infra. || qinter P.

rem rationemque distaret, habito suspirio tandem prae-
dixit: *quid inquit o fili attinet? si enim statuero, sicut
noui, quid proderit, cum omnia instrumenta maiorum
uel ignoratio scribtorum uel uetustatis consuetudo turba-
uerit. uerum tamen quia tibi rogare uisum est, audi:* 5
*ratio est quicquid ad iudicium ac discretionem spectat.
causa duplex est, aut enim de causatione aut de cautela
dicitur. res autem generaliter intellegitur quicquid in
mundi creatura aut actum sit aut accidens uersatur.*
haec Aeneas; nunc cassu sermo paulo longius protra- 10
hendus est.

Casus sunt sex: quare? quia sex negotia homines
agunt: nominant generant dant agunt uocant auferunt.
unde hii quoque casus hanc summam accipiunt. no-
minatiuus *hic Plato dicit*, genitiuus *huius Platonis dicta* 15
fuerunt, datiuus *huic Platoni placuit dicere*, accusatiuus
hunc Platonem ferunt dixisse, uocatiuus *o Plato uere
dixisti*, ablatiuus *ab hoc Platone dictum fertur*. de ac-
cusatiuo cassu quaerunt, quid sit. plerique nostrorum
hoc uerbum frequenter triuerunt id est *accussandi*. 20

12. *Exc. Bern. 193, 14*: Casus nominum sunt sex. quare?
— hominis — agunt vel accusant — auferunt. *Ars an. Bern.*
86, 23: Quare sex casus sunt? quia — auferunt. *cf. etiam Clem.*
art. f. 18^b. 18. *Exc. Bern. 193, 20*: De accusatiuo casu quaeritur
quid sit — tribuerunt — id est — penitudinem (peniten-
tiam *ars an. Bern.*) hoc est 'non agitis'. Gilvidius — inquit
omnia — accusavit digna pro — casus — ipse accusatus —
erit. (*cf. etiam art. an. B. 87, 31*). *Clem. exc. (f. 18^b)*: Accu-
satus uero ab aliis actiuus uocatur quia Virgilio testante a
uocato accuso id est ago dirivatur. inde Cicero dicit — item Ter-
rentius dicit — poenitentiam hoc est non agitis.

1 distet (et in ras.) *N cetera usque ratio desunt* || habeto *P*
|| 2 filii *P* || 3 qui *P* || 4 scribtorum *P* || 6 spectat (s ex c) *N* || 7
caute la (1 eras.) *N*, caute lau *P* || 9 aut₂] ait *P* || 10 f. haec—est
om. N || 12 DE CASU *N* || 13 agunt] habent *N* || 14 hi≡ *N* ||
causus *P* || sumam *P* || 15 gēn *P*, gēnō *N* || platoris *P* || 16 dā
P || aē *P* || uō *P* || 18 ablatiuus] *om. P* || 19 quit *P* || 20 trierunt *P*,
om. N.

Cicero etenim sic dicit *accusate quod rectum est*, hoc est *agite*. Terrentius quoque *quare non accusatis paenitudinem?* Gelbidius etiam de Ambrosio *omnia inquit laude accusavit digna pro agebat*. unde intellegitur, quod accusatiuus cassus ab hoc uocatur, quia uerbo heret actiuo. et uerius dicam: accusatiuus ipse actiuus erit. de septimo autem cassu quid dicemus, cum tam multi de eo scribserint, ut iam nullum certius sit. nos tamen hoc dicimus, quod septimus cassus ablatiuo hoc tantum distat, quod ablatiuus praepositionem recipiat, septimus autem cassus certis cassibus certisque uerbis hereat. dicis enim ablatiuo cassu *ab hac regione uenerunt*, septimo autem *hac regione praediti sunt* sicut et *laude digni et arte macti*. sunt multa nomina, quae nominatiuo tantum contenta ceteris cassibus priuantur ut *pus rogs als muls*, sicut etiam quae nominatiuo et genitiuo tantum plurali flectantur ut *uires uirum*, cuius alia declinatio integra est, licet ex consuetudine, non ex ratione usurpata sit ut *uir uiri uiro* et cetera. est aliud nomen, quod genitiuo singulari caret ut *humus*, nam *humi* datiuus est; sunt et alia nomina, quibus nominatiuus et accusatiuus et uocatiuus ut *glos glorem o glos*; nam ceteros ratio non recipit; sic et *cers cerem*

1. *Exc. Nanc. p. 18*: Hoc est non agitis, Galbuncus etiam de Ambrosio. *cf. etiam Exc. Bern. 193, 16.* 5. *Ars an. Bern. 87, 21*: Rectius ergo ait grammaticus: accusativus dicitur hoc est activus casus. 9. *cf. Clem. exc. (f. 18^b)*: Alii vero ablativum sine praepositione septimum casum esse dicunt ut dignus munere, beatus virtute, navi vectus. 14. *Exc. Nanc. p. 20*: Sunt nomina quae — ut *pus*..... 19. *ib.* Est aliud nomen — est. sunt nomina — vocativus est ut *glos glorem et glos*. caeteros ratio non recipit.

2—5 *agite accusativus N cet. om.* || 4 *accussabit P* || 5 *cha hoc P* || 6 *accussativus P (saepius)* || 7 *dicimus ex dicemus N* || 8 *scripserint N* || nulli incercius *P*, nulli//// certi//// *N* || 9 *sentimus P* || 10 *ablati^us P* || 13 *regine P* || *praedi*ti (c eras.) N* || 14 *laude] late N* || *armacti P*, *arte macti N* || 16—21 *sicut—dativus est om. N* || 17 *vir P*.

o cers. sunt alia quae excepto ablatiuo in numero singulari nullum cassum habent, sed in plurali omnibus gaudent ut *ab hoc uiscere* et *ab hoc uerbere*. sunt item <quae> excepto nominatiuo et uocatiuo singulari tantum numero per reliquos cassus flectuntur, pluralem tamen ⁵ numerum non habentia ut *dicionis dicioni dicionem dicione* sic *alliuionis*. sunt alia quae excepto accusatiuo singulari per omnes cassus utriusque numeri declinantur ut *tenebra*, unde et nostri solent *tenebras* semper actiuo applicare uerbo. sed tamen cum dicitur *tenebra*, quae ¹⁰ dam in die facta ferrugo accipitur; at *tenebrae* densissimae profundissimaeque noctium obscuritates sunt. *diuitiae* autem singularem numerum habere non possunt. *iuuentus* et *senectus* plurali numero non flectuntur. sunt item nomina, quae a ueteribus aliter declinantur et ¹⁵ nunc uelut recentiore instaurata peritia aliter flectuntur ut *uis uis ui uim uis ui* et pluraliter *uis uiuum uibus uis uis uibus*. at nos dicimus *uir uiris uiri uirim uirs uiri* et pluraliter *uires* et cetera. dicebant etiam

3 *Exc. Nanc. p. 18*: Sunt item — tamen — casus — tantum — ditionis ditioni . . . sunt quae — accusatiuo — casus declinantur ut *tenebra* — *tenebras* applicare actiuo uerbo — accipitur seq. — *diuitiae* — *iuuentus* seq. 11. *Fragm. Mont. (cf. app.)*: *Tenebra* cum dicitur quaedam — die ferrugo id est caligo accipitur et excepto accusatiuo singulari per omnes casus declinatur at *tenebrae* — sunt. 20 *Exc. Nanc. p. 20*: Dicebant etiam *gelus gelus gelum gelus* vel *gelu*.

1 f. sunt a. q. nullum casum habent e. a. numero (o in i corr.) N || 1 singularis N || 3 ut] et N || hab P || uerbere (b corr.) N || 3 f. item quae] alia nomina N, quae om. P || 4 nomine actiuo P || tamen P || 4—8 uocatiuo tantum omnes alii declinantur in singl et plr N || 5 numero P || plura rem P || 6 ditionis PN || dicionem—tamen om. N || 7 alliuionis P, at cf. *epist. II* 7 alionis || a lia (l eras.) P || excepto (o ex a) P || 8 singula P || 11 fact^a N || 13 iuuentus (u₁ corr.) N || 14 senaetus N || flectiuntur P, flectitur N || 15 item] idem P, om. N || uetribus P || 15—17 et nunc] nunc aliter ut vis N || 16 recentiori P || et cetera usque sciendum om. N.

gelus gelus gelui gelum gelus gelu, non sic *gelu gelu* et cetera. sunt qui dicunt, quia *unicornis* semper flecti debet, nos autem inuenimus *unicornus* et cetera. sciendum sane, quod omnis monosyllabae declinatio duplici nominatiuo utatur ut *plebs plebis* et nominatiuo *plebis*, *ars* et *artis*, *bos* et *bouis*. est aliud nomen, quod duplicem declinationem duplicemque qualitatem habet ut *nas naris nari narem* et reliqua. est et *nas natis nati natem nas nati*. ueteres dicebant, quod omnia
 10 foramina corporis *nas* dicebatur. *sol* utroque numero flecti non prohibetur, sed singulari numero *sol* ipsum luminare erit, ast *soles* ipsos dies nominamus, in quibus *sol* totum inluminat polum. nonnulli tamen ueterum ipsa carmina *soles* nominauere, sicut Horatius in prin-
 15 cipio cuiusdam uoluminis taliter exorsus est *soles meos omni ecclesiae uestrae commendo*. sunt etiam quaedam

3. *ib.* Sciendum est sane quod omnis syllaba declinatione duplici nominatiui utatur ut — nominatiuus *plebis*, *bis*, *ars* et *artis*, *bos* et *bovis*. Est et — *narem* rlq. — dicebantur. 10. *Exc. Nanc. p. 19*: *Sol* utroque numero flecti non prohibetur, sed singulari numero *sol* ipsum . . . ecclesiae uestrae commendo hoc enim sonat carmina mea. *cf. etiam Bedae orth. p. 289, 33 K*: *Sol* utroque numero declinatur, sed singulariter *sol* — significat at — ita exorsus — commendo. *Fragm. Mont. (cf. app.)*: *Sol* in utroque — flecti non prohibetur, sed singulari numero *sol* — ast — veteres — Oratius — commendo.

1 f. non sic] non cis *P* || 4 sciendum] *scien ex* sunt *P* || monosyllab^æ *P* || delinationes *N* || 5 nomine *P* || utetur *P* || nominatio *P* || 6 *plebis* et *nas* *N* *cet. om.* || *bis* *P* || 8 f. *na nati nati natem* *P*, *nas natis nati natem* *N* || 10 n^umero (o *eras.*) *P*, utriq; *N* || numeru *N*¹ || 11 flecti—numero *ex testimon. addidi, om. P* || post numero *ras. 5—6 litt. in N, qui in margine habet* declinatur sed singulariter ipsum luminare significat at pluraliter sequitur *ras. 10—12 litt.* || 12 f. inq: *b: solutum P* || 13 tamen ueterum *om. N* || 14 nominauere* *N* || oratius *P* || 15 *meos ex meus P* || post *meos ras. 4—5 litt. N* || 16 *omni* N, omnia P* || *æcclesiae P* || cōdo *P* || 16 ff. sunt etiam—vassibus *om. N.*

nomina, quae multis videntur esse defectiua, quod ratio lectionis annullat ut *uas* et *spes chors mas.* sed *uas* in declinatione uariatur, alii enim in genitio *uassi* putantes et in ablatio *uasso* et pluraliter *uassorum uassis* ita declinandum putauerunt; nos autem sequentes 5 doctorum scita non uulgaribus opinionibus adducimur. docti siquidem huius nominis declinationem hoc nobis modo tradidere *uas uassis uassi uas uasse* et pluraliter *uassa uassum uassibus uassa uassa uassibus.* hoc sane considerandum, quod multa nomina neutra duas decli- 10 nationes habent ut *fundamen fundaminis* et cetera. item *fundamentum ti to* sic et *stramen* et *stramentum*, *cognomen cognomentum*, *specimen specimentum*, *crassamen crassamentum* et cetera, quae in *n* declinantur. item *altare ris* et *altarium rii*, *praesepe praesepium*, *simile* 15 *similium*, *terribile terribilium*, *mirabile mirabilium*. sunt etiam feminina nomina, quae duplici declinatione gaudent ut *materies* et *materia*, *temperies temperantia*, *caluities caluitia*, licet fit et *caluitium*, *segnities segnitia*,

11. *Exc. Nanc. p. 19*: Et item *fundamentum* — sic *stramen* — *speciamen speciamentum* — *altaris* et *altarii* — *terribile terribilium* — *mirabilium*. 17. *Fragm. Mont. (cf. app.)*: Sunt multa nomina quae — *caluitia caluitium* — his — distantia est *segnitia frigoris* — *subiti* — a labore *refrigerii* — similitudo in *pictura* — *cantarus animal* est *cantarus cantara* dicimus *domuncula* — *sanctificatio* est. *Ars. an. Bern. p. 131, 12*: .. quae, ut ait *Virgilius*, duplici — ut haec *materies materiei* et haec *materia materiae*, haec *temperies temperiei* et haec *temperia temperiae etc.* — distantia est nam *segnities* per consuetudinem dicitur, *segnitia* autem tantum *frigoris*, item *laetities subiti* *beneficii* est, *laetitia* vero *familiaris*. item *requies* a labore *refrigerii* est, *requia* autem *otiositatis* est. item *facies ipsa superficies* est *naturalis*, *facia* autem *similitudo* in *pictura*.

1 videntur P || 2 a>nullat (n eras.) P || 3 alienim P || ^{vas}si P || 5 .i. vassis P || 9 vasum P || 11 fundamēta P || c̃tr || 12 &ramen P || 13 specimentu P || 16 terreibile terrebilium P || fundamentum & vas vasis & //// vas vadis sunt N cetera om. || 17 et feminina quae N || 18 temperias P || temperi^aentia P || temperies—morum om. N || 19 caluitiēs P || cavitium P.

laetities laetitia, requies requia, facies facia. sed hiis multa distantia est, nam *materies* artificiorum est et *ma-*
teria consiliorum, sic *temperies* aurarum et *temperantia*
 5 *morum*; *caluities* naturalis est, *caluitia* doloris, *caluitium*
artis; *segnities* uitii est, *segnitia* frigoris; *laetities* subditi
 beneficii est, *laetitia* familiaris; *requies* refrigerii a la-
 bore est, *requia* otiositatis, *facies* ipsa superficies est,
facia similitudo faciei in pictura; *origo originis* ini-
 10 *tium* est, at *origo origonis* neutrum est et est uelum
navis et habet in plurali numero *origona*; *cantarus*
animal est, *cantarum* camara domus; *domuncula* con-
 clauium domus, *domicilium* nidum auis; *diluuium* in-
 undatio inmoderata aquae, *deluuium* sanctificatio est.
 originalia nomina, ex quibus uerba nascuntur, in o
 15 exeunt, ita tamen supra uersa in o exierint. alioquin
 uerba in m exeunt, habebunt originalia in a ut *potentia*
essentia praesentia absentia, ex quibus sunt *possum sum*
praesum absum. uidantur autem mihi nominum et
 uerborum adfinitates humanae genialogiae similitudinem
 20 habere, qua dicimus patrem et filium nepotem prone-
 potemque. patris loco originale nomen habeto ut *glori-*
ficatio, pro filio uerbum *glorifico*, pro nepote nomen
 primae positionis ex uerbo nasciens *gloria*, pro pronepote
 adiectum nomen ex praedicto nomine ueniens ut *glo-*
 25 *riosus gloriosa gloriosum*. sic *oratio oro oratorium*
orator oratrix, sed quia a neutrali nomine ueniunt, ideo

9. cf. Bedae orth. 282, 10: Origo — origona. 14. Exc.
 Nanc. p. 20: Originalia nomina — uerba in o exierint (?) —
 absum.

2 artificiorum P || 4 calvities N || est capi*tis N || 5 signities,
 signitia P || subditi P, subi*ti N || 6 benefici P || 7 otiositas orego
 (e in i corr.) N cet. om. || 8 rigo P || 9 origo originis P || 10 et
 habet om. N || plurabi P || 11 camarea P || cumclavium N' || 12
 domucilium P || 13 diluuium PN² || 13 ita] fort. ut || 15 exeunt]
 exierint N cetera usque alioquin om. || 16 poeta P || 17 esentia P ||
 presentiae P || prosum P || 18 videntur N || 19 adfinitatis N' ||
 21 originali N || glociatia P || 22 pro filium N || 23 uerbo (o ex
 um) N.

tertium genus non habent. si autem a feminino genere uenerint, trea genera in adiectis habebunt ut est *beatitudo*, ex qua nascitur *beatus beata beatum*. simul et hoc adtende, quod omnia originalia, quae ante nouissimam syllabam *a* habuerint, uerba primae coniugationis semper procreabunt ut est *oratio oro oras*. si autem ante eandem syllabam *i* habuerint, uerba tertiae coniugationis productae ex se faciunt uenire ut *eruditio erudio*. secundae autem coniugationis tertiaeque correptae uerborum originalia indiscretam regulam habent. inter *operationem* et *opus* et *operam* hoc interest, quod *operatio* signorum est, *opus* generale est omni officio, *opera* autem singulari numero laboriosa sollicitudo est, quae praecipue animam cruciat. nonnulli ita sentiunt, quod *locus* masculini generis sit et *loca* neutralis, quibus auctoritas lectionis non annuit. nam sepe inuenimus *locum* masculino genere, qui habeat pluraliter *locos*, et neutrali genere *locum* est, quod facit *loca*; sic et *iocus* et pluraliter *ioci*, item *iocum* et facit *ioca*. *regia* aula regis erit, *regnum* in ipsa substantia. sunt cassus extraordinariae declinationis ut *opia opiae* et pluraliter *opes*. at figurae conpositae uterque cassus in suo statu integer permanet id est *inopia* et *inops*, *bonus* et *bonis*. uterque in sua declinatione repperitur dicente Lucano *bones*

3. *ib.* Simul — omnia originalia nomina — si ante eandem — habuerint tertiae — erudio erudissecundae — habent. 11. *Fragm. Mont.* (cf. *app.*): Inter *operationem* et *opus* — quam — cruciat. 14. *Exc. Nanc. p. 20*: Nonnulli ita — masculino genere sit et adnuitur. nam saepe — locus — habet plurali — neutrali locum — sunt et — conpositae — casus — repperitur — laudabit?

1 trium genres *P* || 2 venerit *N* || adiecta^{is} *N* || 4 omnia *om. N* || 7 tertiae] *sic PN* || 8 viniri *N*¹ || 9 secundae *P* || tertae qui *P* || 11 hoc—quod *om. N* | 12 omni^s officii (*ex o*) *N* || 13 lassitudo *N* || 14 quae—cruciat *om. N* || ita] *i ex u P* || 15 *loca* neutrum *N* sequitur de pronomine || 16 auctoritos *P* || 17 *locos ex locus P* || 22 conpositi^ae *P* || &atu *P*.

*uiros urbs dedit Sicilia et iterum Serenus sanctem
deorum cultorem quis non laudabit. item con eundem
perfectem in cunctis oportet crescere uirum. scire itaque
debemus, quod ea paulo rariora sunt, ob hoc doctores
5 possuerunt, non quo nocere uellent auditoribus suis sed
proficere, ut cum haec in eorum uidauerimus operibus
inscripta, tanquam trita et cognita in usu habeamus.*

VI. DE PRONOMINE.

Reddidimus ut potuimus superiore epitoma rationem
requirentibus, qua diuitia nomen uerbo praetulerimus.
10 nunc aliut quaestionis inminet genus, cur etiam pro-
nomen uerbum praecedat, cum uerbum omnium par-
tium egregium sit. quibus hoc modo respondendum
est, quod in diuisione omnium partium orationis alii
octo partes dixere, nonnulli eundem numerum minuentes
15 nomen et pronomen in eandem partem redigendum

8. *Exc. Bern. 190, 20*: Reddidimus ut potuimus superiori
superscriptio (ioni *corr. m. 2*) epithoma — diuitia — verbo —
praecedit — redigendum putauerunt — erat (tunc *s. l. m. 2*)
— hac (pro hac *m. 2*) — sicut nec sc̃ciũs (armiger secernitur
s. l. m. 2) a rege. pronomen est subministratoria pars quae quid
(quicquid *corr. m. 2*) — amminuculo (adiutorio *s. l. m. 2*) in-
firma (non stabilis *s. l. m. 2*) — videtur. *cf. Clem. exc. (f. 25^b)*:
Est enim pronomen subministratoriae pars orationis — admini-
culo — videtur esse — adiumento. 14. *Exc. Nanc. p. 19*:
Nonnulli eundem numerum minuentes in eandem partem —
dixere ut — participium.

2 eon *P* || 3 cuncts ⁱ*P* || scire] non se *P* || 7 *inscription. om. P*
|| D+e pronom̃ *N* || 8f. superiore coep^{causa}to humana ratione requiren-
tibus *N* || 8 aephtoma *P* || 9 diuitia *N* || 10 quæscionis *P*, — nes
ex nis corr. in N || 11 praecedit *N* || cur *P* || 12 quibus—est] *P*,
R (= respondeo) *N* || 13 diuisionis *P*¹ || 14 dixeĩ (er *corr.*) *N* || nun-
nulli *P*, ^{non} nulli *N* || eundem n. *om. N* || 15 eadem *PN* || parte
N || rediẽrunt *N*.

esse putauerunt. uerbum quoque et participium in unum conglomerantes absurdum dixerunt uelut a corpore membrum ita a uerbo separare participium. aduerbia autem et coniunctiones unam partem esse putauerunt sequestratis praepositione et interiectione atque ita erat, ut pro octo partibus quinque annumerauerint. hac ergo ratione pronomen a nomine secernere noluerunt sicut socios a rege. pronomen autem est pars subministratoria orationis, quae quidem absque nominis amminiculo infirma esse uidetur. sed nomen illius uel maxime eget adiumento, praesertim cum eius uicem ipso dumtaxat nomine ante prolato complet ac retinet Flacco scribente *ut uidimus ex Hebreis uirum elegantem, et mirati eum sumus atque complexi*, non enim iterum dixit *uirum admirati*. attamen etiam nomine cum ipso pronominis persona collecta non respuitur uelut si dicas *Tullius ipse scribit in te*. inter pronomen autem et nomen hoc interest, quod pronomen comparatione carens personam habeat ut *ego tu ille*, nomen autem persona abiecta comparationem recipiat ut *carus carior carissimus*. sunt 20

5. *Ars an. Bern. 63, 10*: Atque ita erat — partibus orationis quinque numerarent. 17. *Exc. Bern. 193, 27*: Inter pronomen — carissimus; cf. etiam *art. an. Bern. 134, 25. Clem. exc. (f. 25^b)*: Inter nomen et pronomen hoc interest quod — recipit — carissimus. *Fragm. Mont. (cf. app.)*: Inter nomen — habet — recipit — carissimus. 20. *Exc. Bern. 194, 1*: Sunt pronomina — tu sunt — qui dicimus et reliqua. *Clem. exc. (f. 27^b)*: Sed hoc sciendum quod testante Virgilio sunt quaedam pronomina — ut ego et tu. sunt e diverso — qui dicimus et reliqua.

1 quoque *om. N* || 2 conglomerantes *N* || absurdum dixerunt *P* || 2 f. uelut—participium *om. N* || 3 fort. separari || 4 autem *om. N* || coniunctionis *P*¹ || partem e. p. *om. N* || 5 sequestrat^a *N* || 6 ita ut v partibus nominarent (e ex i) *N* || partibus *P* || hæc *P* || 6—8 hac—rege *om. N* || 8 socius *P* || est *om. P* || 9 qui////dæm *N* || 10 uidetur esse *N* || 11 egit *N*¹ || 11 f. praesertim cum ante p. cōplet^z *N* || 12 acre tenet *P*, ac retinet *N* || 13 falco *P*, falso *N* || ebreis *P* || elegantem *P*, *om. N* || 14 complexi *P*, *om. N* || 14 f. non dixit iterum uirum sed pronomen et ut si dicas *N* || 16 res ponitur *P* || dicite *P* || 18 quo *P* || carent *P* || 19 habæat *P* || abiecta] b corr. *N* || 20 recipi^t *N*.

- pronomina omnis generis et unius personae ut *ego tu* et sunt e diuerso unius generis et omnis personae ut *ipse et qui*; dicis enim *ego ipse qui dico, tu ipse qui dicis, ille ipse qui dicit, nos ipsi qui dicimus, uos ipsi qui dicitis, illi ipsi qui dicunt*. pronomina nota, quia in usu habentur, non nos necesse est flectere, sed eorum conpositiones aliqua ex parte diserere. multa siquidem pronomina componuntur ut *egomet tumet hicce haecce hocce quisquis quisnam quislibet quiscumque quisque quispiam*. idem multi uolunt esse *isdem* sicut *eadem* et *idem*. sed quoniam *idem* productum masculini generis est et correptum neutri et *d* nonnisi inter duas uocales esse potest, ideo *s* et *d* secunda in hiis pronominibus non recipiuntur. hoc quoque quod alii scribunt *eundem* *quemdam* autenticum non est, quia ab incautis duo fona putabantur, sed sic scribi debet *eundem eandem eorundem, quendam quandam quorundam*. aduerbia ex pronominibus nasci certissimum est ut *quondam ex quodam, olim ex olli, cuiatim a cuio, meatim ex meo*.
- 20 *Homerus* in quodam uersu scribit *ipseue* ab *ipso*. *qui* in ablatiuo cassu omnis generis est *a qui uiro, a qui muliere, a qui uerbo* sic et *a quis omnibus*. sunt

8. *Ars an. Bern. 140, 7*: Item Virgilius Maro dixit: Quorundam pronominum compositiones aut praeponuntur ut aliquis siquis, aut subiunguntur ut quidam egomet. multa siquidem — hicque haecque hocque — quisquis quaequae quodquod vel quicquid quisnam quaenam quislibet quaelibet quodlibet *et sic cet.* — quodpiam vel quidpiam quisvis quaevis quodvis quicquam quaequam quodquam. 18. *Exc. Leid. f. 76^a*: aduerbia — cuiatim ex — ipso. 22. *Exc. Bern. 196, 3*: Sunt pronomina ignota — defectiua — solâ nom — cuia cuiae cuiae — *hellus heli etc.* — dativo — uocativo ecce *etc.* — sed haec carent plurali numero. cf. etiam *art. an. Bern. 136, 25; 142, 10*.

6 necessaria *P* || 7 conpositionis *P*¹ || deserere *P* || 5—10 pronomina—multa *om.* *N* || 9 haec *P* || quiscumquæ *P* || 10 isdem *N* || sed quoniam *om.* *N* || 13—16 ideo—debet *om.* *N* || 13 i. duplex
secunda *P* || 14 scri//////bunt *P* || autencum *P* || 15 dō *P* || 16 sicut *P* || cribi *P* || erundem *P* || 19 a] ex *N* || 20 *Homerus*—scribit *om.* *N* || 21 ā (*saepe*) *P*.

pronomina ignota, quae multifarie defectiua sunt. nonnulla enim solo nominatio flectuntur ut *uspis* unde *uspiam*; quaedam nominatiuum et genitiuum habent ut *illius illius, illas illae, illum illi*; sic *ipsus ipsas ipsum*. sunt quae tribus cassibus flectuntur *cuius cuii cuio, cuia* ⁵ *cuiae cuiae, cuium cuii cuio*; sunt quae tetra cassibus declinantur ut *helus helius heli helum, hela helius heli helam, helum helius heli helum*. sunt etiam quae penta cassibus utuntur ut *eccum*, datiuus *ecco*, accusatiuus *eccum*, uocatiuus *eccum*, ablatiuus *ecco*. hoc masculinum est, femininum *ecca*, ¹⁰ datiuus *eccae*, accusatiuus *eccam*, uocatiuus *ecca*, ablatiuus *ecca*. neutrum *ellum*, datiuus *elli*, accusatiuus *ellum*, uocatiuus *ellum*, ablatiuus *ello*. sed plurali carent numero. *alius* genitiuum non habet. sunt pronomina, quae excepto utriusque numeri nominatio reliquos non habent ut ¹⁵ *nostras nostrates, cuias cuiates*. haec duum generum, nam neutrum habet *nostra nostrata*. quorundam pronominum conpositiones aut praeponuntur aut sub-

4. *cf. Clem. exc. f. 29^a*: Augustinus ait quod infinita pronomina per quae generaliter de omnibus rebus interrogatio fit id est cuius cuia cuium secundum praedictorum pronominum regulam per omnes casus declinantur. Virgilius tamen dicit quod tribus tantum flectuntur casibus ut cuius cuii cuio femininum cuia cuiae cuiae neutrum cuium cuii cuio. 8. *ib. f. 27^b*: Et hoc sciendum quod Pręsciano testante sunt quaedam pronomina monoptota ut *eccum ellum mecum tecum secum*. Virgilius tamen *eccum* quinque casus habere dicit. 14. *ib. (f. 29^a)*: Virgilius dicit quod *cuias* et *nostras* excepto nominativo utriusque numeri reliquos non habent casus ut *cuias* et *nostras* pluraliter *cuiates* et *nostrates*. 17. *Exc. Nanc. p. 19*: Quorundam — compositiones — praeponuntur ut aliquis aut subiunguntur ut quisque egomet, sed nomina utriusque numeri habere non potest . . .

nominati

2 nomine *P*, nōē *N* || 3 f. quaedam—ipsum *om. N* || 4 illius] illus *P* || ipsius *P* || illius] illus *P* || ipsus] ipsius *P* || 5 quae] quā *P* || cuius ^m *N* || cui cuio (i *bis corr.*) *N* || cuia ^f *N* || 6 cuium ⁿ *N* || cui *N* || 7 helium helia *N* || 8 etiam] *om. N* || 8 f. *eccum ecci ecco* . . *N* || 10 hoc—femininum *om. N* || *eccae eccam ecca ecca* *N* || 13 carūnt bis declinantur *N cet. om.* || 14 genitiuum *P* || 16 nostra *P*.

- iunguntur ut *quisdam egomet*. se nominatiuum utriusque numeri habere non potest. *totus* genitiuum pluralem non habet et hoc pronomen est, at *omnis* nomen est adiectiuum. *ullus* accepta *n* negandi habet dicionem et
 5 adiecto *non* ut *nonnulli* multos significat et hoc in plurali tantum numero euenit. *quotus* sicut *totus* sic declinatur; *quot* uero aduerbium numeri est. *unus* per quosdam componitur gradus ut *unusquis* et adicitur *unusquisque* et habet pluraliter *singuli quique*. abhinc
 10 omnia pronomina numeri singularem numerum non habent ut *duo tres*. a ueteribus declinantur *dui duorum* *duis duos a duis*, sic et *ambi*, rectius autem declinantur *duo duum duobus duos a duobus*, sic et *ambo ambuum ambobus*. *alter alterius* de duobus dicitur, at
 15 *alternus* de successionum uicibus dicitur sicut Cicero *uigilias* inquit *agebant alterni sibi succedentes*. *qui* et *quis*, *quae* et *qua* et *quod* et *quid* similiter inueniuntur, sed unam declinationem habent ac nominatio adiungi non debent, sed genitiuo plurali uel ablatiue eiusdem
 20 numeri ut *aliquis hominum* siue *aliquis ex hominibus*, non autem *aliquis homo*, licet et hoc inuenimus uno tantum modo. *qui* nominatio adnectitur, quando pro ille accipitur. quaeritur sane, quid intersit inter pronomen et articulum. articulum est hoc quod non pro
 25 nomine sed cum ipso nomine flectitur ut *hic pater*, nam articulum arte minus esse ostendimus. nam cetera pronomina sola praecedente tamen nomine constare dicuntur, hoc autem sine primi nominis auxilio

2. *Clem. exc. (f. 29^b)*: Solus uero et totus genetivo pluri Virgilio testante deficiunt. sed in Quintiliano sonorum (*sic*) et totorum inueniuntur.

1 utriusque *P* || 6 q uostos (tos *ex* tus) *P* || 7 aduerbium est *P* || 9 unusquisque *P* || 12 a duis *om.* *N* || rectif. *P*, rectius *om.* *N* || 13 ambo] alio *P* || 14 alter *om.* *N* || 15 f. *alt^{vc}nus* aut *alt* (/. & p^o ponitur in margine) nec sibi^{vc} o^oce dentes *N* sequitur & hic quid (i *ex. corr.*) distat || 16 virgilias *P* || 18 ac] hac *P* || 22 acnectit^r *P* || 23 illa *P* || 25 ipso pater nomine f. u. hic *P*.

non stat. inter *is* et *hic* hoc distat, quod *is* subiungitur ut *at is*. sed tamen si coniunctionem subiunctiuam sibi habuerit copulatam, *is* praeponi potest, ut *is autem*, *is uero*. *hic* autem semper praeponitur ut *hic enim*. si quando coniunctioni praepositiui ordinis fuerit copulatum, tunc licito subiungitur ut *quoniam hic*. legimus flecti *mei* uel *mis*. quare hoc additur? hoc ita intellegendum, quia *mis* non dicitur nisi de ea re, quam mihi ab aliquo repromisam spero euenturam, *mei* autem de eo quod ad praesens possideo. sunt et alia pronomina, quae in latinitate usitate non habentur et tamen indubie recipiuntur genere masculino ut *mus*, genitiuus *mi*, datiuus *mo*, accusatiuus *mum*, uocatiuus *mi*, ablatiuus *mo* et pluraliter *mi* *morum* *mis* *mos* *o mi a mis*, feminino *ma* *mae* *mae* *mam* *o ma a ma*, pluraliter *mae* *marum* *mis* *mas* *mae a mis*, neutrum *mum*, pro quo in usu habetur *meus*, sic erit et *tus* pro *tuus*.

1. *Exc. Bern. 194, 15*: Inter *is* et *hic* hoc interest — sed tantum — praeponitur *hic* — coniunctio ei praepositivi — quoniam *hic*. 6. *Fragm. Mont. (cf. app.)*: Legimus flecti *mei* vel *mis* sed *mis* non dicitur — de ea quae — possideo. *Exc. Bern. 194, 11*: Legimus flecti — et venturam — possideo. 10. *ibid. 196, 14*: Sunt alia pronomina — usitata — itē dubiam reēcipiuntur — *mus* *mi* *mo* *mum* *mi* *mo* plurali *mi* — feminino *ma* — et plurali — *mas* *o a mis* neutro — quo autem — tuus. *Exc. Nanc. p. 19*: Sunt alia — usitate — indubie — *mus* etc.

1 quod] quo *in ras.* *N* || 3 praeponi *P* || at *is* ut *is* autem *N cet. om.* || 4 autem] *om.* *N* || 7 *hic* enim inter *mei* et *mis* *N cet. om.* || 5 coniunctionē *P* || praepositiū *P* || 7 f. post ita *in mg.* iñtelegitur *P* || 8—10 *mis* quando a. a. spero promissam venturam rem *mei* quod praesens p. *N* || 8 de &ā *P* || 10—12 et sunt p. q. non omnia in usu habentur ut *mūs* *N cet. om.* || 12 indubiā *P* || recipiuntur *P* || 13 gē *P*, gēndō *N* || dat *PN* || accusativo (*o ex u*) *N* || *o mii* *P* || 15 *meae* *meā* *P* || plu *P*, *om.* *N* || 16 et neutrum *N* || *mum* (*m₁ corr.*) sequitur et *tus* *tūs* solum *N cet. om.*

est aliut pronomen neutrum, quod praeter nominatium solum nullam declinationem habet ut *mos* id est *aliut*. sunt qui personas coniungunt, quibus nullo modo acquiescendum est ut *ego ille, tu ille*. nam praeter illa
 5 pronomina, quae omni personae conueniunt, omnis coniunctio talis exsecranda est. *solus* per omnes cassus praeter pluralem genitium flecti debet. pronomina quantitatis et qualitatis declinationem sui non secundum regulam flectendorum pronominum sed secundum
 10 similitudinem adiectorum habebunt ut *qualis talis, quantus tantus*. sed hoc ideo accidit, quia ex primis nominibus ueniunt ut *qualitas talitas, quantitas tantitas*. sunt et alia, quae a quibusdam licet incongrua ratione introducta sunt ut *quantotus tantotus*, genitius *quantotius tantotius* et reliqua, quibus Fabianus poeta frequenter uti solebat, sicut in quodam uersu eliganter posuit *quantotae tuae tonant carminibus Iuliane uxores aptae*. sunt qui putant deminutia uel diriuatiua pronomina posse repperiri, quorum ego opinionibus nec
 20 contraeo nec aperte adsentior. deminutia sunt ut *solulus ullulus unulus totulus*; diriuatiua sunt ut *mealis tualis sualis nostralis uestralis alteralis*. pronomina a quibusdam pro uerbis in quassis ponebantur, quod delerramenti uice potuit iudicari, cum etiam prima nomina
 25 uerbis nequeunt anteferri. legi in quodam Sibyllae Carginiensis libello *templis inque parietibus dium innu-*

3. *Exc. Bern. 194, 6*: Sunt qui personas — ut ego tu ille — est. 7. *ibid. p. 195, 28*: Pronomina quantitatis — pronomina — quod — tantitas.

2—14 solum nullam d. h. solus p. o. c. per geñt pñ sunt (*in mg.* et alia quę in usu non sunt) *N sequitur* ut *quantotus* || 14 genetiuis, et rel. *om. N* || 16 sicut fabianus in quodam uersu* (*m eras.*) *N* || 17 post *quantotae ras. 4—5 litt. in N* || uxore *P* || 18 *aptae* sunt *N* || 18—20 sunt deminutiva (e *ex i*) ut *solulus N* || 20 *solu+lus P* || 21 *totu+lus N* || derivatiua (e *ex i*) *N* || 22—23 sunt qui pronomina p. v. in quas sis ponebant *N* || 24 f. quod— anteferri *om. N* || 25 *sibæ P, om. N* || 26 *carginiensis om. N, fort. Carthaginiensis || parientibus N.*

meris ille. beatus Aeneas uno tantum loco nomen uerbo anteponi debere censebat, cum idem verbum primae positionis nomen praecederet et aliud sequeretur, breui quasso dans terminum. cuius rei exempla in promptu habentur dicente eodem *sol in caelo splendet* 5 *radius* et iterum *uir in eo uiget cor* et alibi *deus fortis est potentiae ius.* hic Aeneas pronominum omnium primum esse definiuit *ego*, quia et omnis generis et primae personae. dicebat quoque, quod *ille* non ad quamcumque, sed ad superiorem personam referri deberet sicut Homerus ait *ille opulentissimus rex regina usus dea illa coniuge cara* et iterum *ille lunam potens plenam spiritus ingnit in placorem lucis.* sed de Aenea ista sufficiant simul et pronomini tractando finis hic dabitur ad uerbi festinantibus nobis explanationem degerendam. 15

VII. DE UERBO.

Memini me cum essem adolescentulus scolaribus studiis deditus quodam interfuisse die conuentui grammaticorum, qui non minus quam trienta in unum positi in laude artium et decore componendo multa quae- 20 siuere, et hoc omnes ratauere, quod nihil ad testimoniorum conpositionem faciendam utillius et competentius esset quam ut uerbi integra expositio digne digno-

1 beatus *om.* *N* || uno t. l. *om.* *N* || 2 anteponi (i ex e) *N* || censæbat *P* || censebat ut eodem sol *N* || 4 ærminum *P* || 5 imprûptâ *P* || calo *P* || 7 æne^as (i? eras.) *P* || 7—11 ius et homerus *N* cet. *om.* || 8 definiunt *P* || 11 humerus *PN*¹ || 12 regn/aus^{uz} *N* || 13 sp̃s *N*, spirias *P* || ingnit *PN*, fort. ignit || placor^eam *N* || lucis] finit *N* || 15 explanationem *P* || ITEM DE UERBO *N* || 17 MINI—SCOLARIBUS *N* || 18 studis *P* || detitus *P* || 19 dⁱe *P*, die* *N* || grammaticorum *N* || triginta *N* || 19 possi|in laude *P* || 22 utillius componendi eet *N* || 23 f. quam uerbi ratione cuius *N* cet. *om.*

sceretur. cuius dispensatione atque iudicio latinitatis status et perficitur et oritur, quod uerbum principalem partem orationis cuncti astruunt. nam licet in ordine praeesse nomen admittat, tamen in positione quassorum
 5 principatum tenet; cui aduerbiorum coniunctionumque agmina omne ius suum dederunt. uerbum igitur duobus ex modis constat *uer* ex *uerbere*, quod lingua gutturi infligit, *bum* ex *bucino*, quod uox *reboat*. nam sicut homo ex corpore constat et anima, ita et uerbum ex
 10 lingua et uoce. de cuius VII speciebus ordinatum expossiturus illam primitus quaestiunculam, quae a peritis aboritur, euentilare tentabo. multi namque quae-
 rimoniantur, cur in ordine uerborum qualitas primum conponitur, cum coniugatio triplex soffoni ante deberet,
 15 in qua maxime intellectus uerbi uirtusque praepanditur. nonnulli autem significationem antetulere qualitati, ut

3. cf. *Exc. Bern. 196, 24*: Cur praecedat uerbum? Virgilius ostendit, quod licet non praecedat in ordine partium ut nomen pronomen uerbum, uero praecedat in textu lectionis ut ipse dicit: Nam licet in ordine non admittit, tamen in positione casorum principalem tenet locum. cf. *art. an. Bern. 134, 16*: Cur autem pronomen uerbum praecedat, cum uerbum omnium partium egregium sit, cuius dispensatione adque iuditio omnis — stratus — ornatur quam principalem partem orationis cuncti astruunt? nam — in positione questionum — dedunt. hac ergo ratione pronomen a nomine secernere noluerunt sicut nec socius vel minister a rege vel principe secernitur. cf. *infra. 6. Exc. B. p. 196, 21*: Uerbum igitur ex — eoque uox reboat nam si — et umbum — uoce.

2 oritur *P* || 2—4 perficitur po+sitione quassorum *N* || 3 cunctis
 astrunt *P* || 4 in *add.* || quassorum ^{questiorum} *P* || 5 que] qui *P* || 5f. principa-
 tum—dederunt *om.* *N* || 6 uerbo *P* || du+bus *N* || 7 uer ex v.]
 uerbere *P* || guttori *P* || 8 ex .b' *P* || quo exreboat *P* || 9 corpore
ex corpus *N* || 10 specibus *P* || 10—12 ordinatum—namque *om.*
N || 11 primum quaestiunculam *P* || aperisti *P* || 12 cantabo *P* ||
 moli *P* || 14 **ponitur *N* || suffoni] *P*, poni (p in ras.) *N* || 15
 ppanditur *P*, praepanditur *N* || 16 antetullere *P* || 16f. non-
 nulli—uiribus *om.* *N*.

pute in qua omnium uerborum genera intelleguntur, quibus utrisque ut amicis nec tam contentiosis quam studiosis pro uiribus satisfaciendum est. omnis qui agrum aut prouinciam possident, prius eam sorte determinant, ut unusquisque partem suam sorte sibi declaratam sollicitè curet. ita et uerbum quoque ex qualitate ordiendum est, quae ex modis ac formis uelut quibusdam certis limitibus determinatur. modus enim non aliut quam certam mensuram significat. ex his itaque modis tractatum incipiamus habere. 10

Primus et fortissimus indicatiuus nominatur, quem rectum ex omnibus multi uocant, ceteros autem procliuos. hic solus ex omnibus testimonii caput sibi uindicat. hic autem ob hoc indicatiuus dicitur, quia et quae acta sunt et quae aguntur et quae agebuntur per ipsum indicantur ut *uido uidui uidabo*. imperatiuus secundus est, per quem omne quod effici debet, imperatur ut *uida*. hunc etiam multi assumunt in capite, quasi hunc Cato indicatiuo modo praeferri debere iudicabat, Propertius dumtaxat in plurali. sed 20

3. cf. *Exc. Bern.* 196, 29: Dicit Virgilius: Cur in ordine uerborum qualitas primum ponitur? Omnes qui agrum an prouinciam possident — sibi sorte — ordinandum est quod — limitibus — aliud — significat. 11. *ibid.* 197, 3: Primus et fortissimus — uendicat ob hoc — agentur — uidabo. imperativus — omnē q̄ effeci — uida — adsumunt. 18. *Exc. Nanc. p.* 19: ... quod effici — ut ama. hunc etiam et in capite testimonii multi adsumunt.

2 quibus sat. *N* || 4 possident *P*, possidet//// *N* || sorte* (m) *P* || determinat] *t*₂ in *ras.* *N* || 5 f. sorte—declaratam *om.* *N* || 6 et] *ex* ut *P* || 7 modis *P* || 7 primum ex modis ac formis *N* cet. *om.* || 8 mod^us *P* || 9 f. ex—habere *om.* *N* || 11 limitibus *P* || indicatiuus *P* || 12 ceteri ≡ proclivi sunt *N* || 13 solis *P* || testimonia *P*, *i*₃ in *ras.* *N* || sibi caput *N* || 14 uendicat *P*² || hic autem *om.* *N* || 15 act^a *P* || agen////tur (en in *ras.*) *N* || 16 ipso *N* || uiuidabo *N* || 16 f. imperativus (in *ras.*) ideo quo effici (c *ex* o) *N* || 18 hunc—accepere *om.* *N* || muli *P* || 20 imp¹ ee:riale *P*.

hoc Aeneas et Cicero obiurgant dicentes indicatuum modum ab omnibus certis auctoribus principaliter usurpatum, imperatuum autem secundarie semper habitum, praesertim cum imperatuum modus primam personam non habeat, quae persona primaria esse ab hominibus difinitur, licet in plurali numero eadem persona modo imperatui accipiat, quam nonnulli ueterum etiam in hoc numero acceperunt. optatius modus dicitur, per quem omne quod concupiscibile animo fit, optatur. unde et aduerbium optandi frequenter adsumit hoc est *utinam*, cuius est sensus *uellim*. sed aboritur quaestio non minima, quoad hoc aduerbium omni personae conueniat *utinam*. sed hoc dicendum, quod aduerbium ita omni personae coaptabitur, ut fuerit ordo personarum, ut sit *utinam uiderem* pro *uellim*, *utinam uidares* pro *uellis*, *utinam uidaret* pro *uellit* et sic per cetera. est etiam alia huius intellectio, quando pro *utinam*, *ut* ponitur. alio nomine Aeneas uocabat ut pro optatio causatiuum poneret, unde et pro *ut* hoc loco *ne* causalem persepe ponimus. aboritur alia quaestio in hoc eodem modo, quare optatius modus non solitum temporum numerum suppleat, sicut indi-

8. *Exc. Bern. 197, 10*: Optativus (optavimus *cod.*) dicitur — concupisci vile sit — opt an — convenit — quod hoc adverbium — cetera. *Exc. Nanc. p. 19*: . . . omne quod — fit. est alia etiam huius modi intellectio quando pro *utinam* ut ponitur; alio nomine Aeneas — causativum — ne causalem sepe ponimus. 22. *Exc. Bern. 197, 18*: Quare optativus — suppleat si indicā et coniunctivus — dicenda est — quod est amplius — suppetit.

1 aeneas P || 2 hominibus P || actoribus P || 3 secundariae P || hab&um P || 4 modis P || persona///// P || 6 in ///// rali P || psonā P || 8 ho^o P || accipere P || modus d. om. N || 11 ve*lim N || 12 non minima] nomina N || quod ab P, quod N || 14 f. ut—personarum om. N || 15—21 vellim et est aliud ponitur pro utinam unde pro ut aboritur alia questio N || 17 hū^{iu} P || 18 homine P || 20 ne] nec P || 21 in—modo om. N || 22 sol·uum P, soli////tum N.

catius et coniunctatius, sed tantum trina declinatione coniunctis dumtaxat duobus in unum temporibus sic flectitur. sed haec ratio breuiter detegenda est, quod ideo hoc modo sic utimur, quia amplius latinitati non suppetit. coniunctiuus modus duas ob causas sic uocatur uel propter coniunctionum partes, quae adiunguntur, ut *scilicet quamquam quamuis quamlibet nisi sin*, uel quod propter in quassorum conpositione coniunctatius modus praecedenti indicatio copulatur ut *cum uidem*. infinitiuus modus a quibusdam communica-¹⁰ tius uocitatur pro eo uidelicet, quod uel nomini et uerbo uel omnibus personis uerborum numerisque communis habeatur. hoc sane sciendum quod infinitiuus modus, quandocumque pro nomine accipiatur, trium tantum cassuum uicem expleat, nominatiui scilicet et¹⁵ accusatiui ablatiuique, quod semper pro neutralis generis significatione numero dumtaxat singulari solebit euenire. ut autem hoc euidentius pateat, demus exempla. Cornelius, uir in latina loquela satis eloquens, in quadam epistola ad me †zandu misa sic factus est *quid* ²⁰

5. cf. *ibid.*: Secundum Virgilium duabus causis dicitur coniunctiuus ut ipse dicit: Coniunctiuus modus — coniunctas partes quando — vel propter in casorum conpositionem coniunctiuus modus — ut con videam. *ib.* infinitiuus — modus a quidam communicativus — vel uerbo — communis — quod est infinitiuus modus quae nunq; — nominum scilicet et accusativum ablativumque — ut hoc autem — exemplo Cornilius — loquella — eloquens sic factus est — ad pronomiō sic ait — in die estivo — iocundissimum. item pro acosō ut Hilarus frater Lucani legisti assiduum bellare toto curriculo vitae.

1 trinēa *P* || 3 sed—ratio] respondit Brē *N* || 5 modus *om.* *N* || 6 vel] primum *N* || coniunctiorum *P*, coniunctioni^f (*i*₂ *ex e*) *N* || quae adi. *om.* *N* || 8 quassatorum *P* || conpositionē *N* || coniunctiuus *N* || 9 p̄cidenti *N* || ut *om.* *P* || 10 uidem *N* || commoni-
cativus *P* || 11 uocitatur (*i corr.*) *N* || nomine (*e corr. in i*) *N* || 12 omnib//// || communis *P* || 13 habeatur communis *N* cetera usque
accussatiuo possuit *desunt* || 19 cornilius *P* || 20 zandu (*z ex i*) *P*,
haereo utrum quondam *an nomen proprium restituendum sit* ||
factus] *i. q. fatus.*

tam iocundum nobis esse potest, quam in hoc nostro diligere permanere, hoc pro ablatiuo possuit. et pro nomine alio idem loco accipiens eundem modum sic ait
 5 *solis currere die aestiuo iocundissimum est. et ne unius tantum utamur exemplo, quod a nostris maioribus plerumque uetitum est, alterius periti sermonem proferemus. Hilarius Lucani frater, in functorio Iuani carmine sic ait* *lexisti assiduum bellare in toto curriculo uitae,*
 hoc pro accusatiuo possuit. impersonalis autem modus
 10 *passiui uerbi similis putatur. sed quia personam nominis non recipit, ideo passiuum uerbum non erit. cuius regula haec esse dicitur, ut si a uerbo actiuo uenerit, et ipse agat, ita tamen ut infinitiui modi egeat adiumento secundum illud Aeneae ita dicentis Hanni-*
 15 *balem legitur in die belli dixisse pro tricentorum uirorum potentia armisque hodie meme utar. si uero a neutrali uerbo uenerit, ablatiuum cassum trahat necesse erit Terrentio dicente curritur a castris, interdum etiam*

2. *Exc. Nanc. p. 19:* At pro nominativo alio loco idem sic ait: Solis currere in die estiuo iocundissimum est. Helarius frater Lucani sic ait: legisti adsiduum *sq.* pro accusatiuo posuit. *cf. Clem. exc. (f. 30^a):* Sine casu uero uerbum esse ideo dixit propter uerba infinitiui modi quae in aliquibus sententiis casuum vice maxime nominatiui accusatiui ablatiuique ponuntur. ut apud Terrentium da mihi bibere id potum et nostrum est vivere triste et iocundissimum est solis currere die aestiuo. id cursus et legere et non intellegere non est legere et his similia. sed non propter haec casum in uerbo esse putandum quia hoc elocutionis genus greci sequuntur, in latino uero raro inuenitur. 9. *Exc. Nanc. p. 21:* De impersonali modo. impersonalis autem — regula sic esse — illud Aeneae dicentis — casum — etiam et — attrahit — bellum.

1 nos *P* || 3 sicut *P* || 7 helarus *P* || lucanⁱ *P* || iuua in *P* ||
 8 assiduum *P* || 10 sed *om.* *N* || 11 recipit (*i*₁ *ex e*) *N* || ideo pās
 non *N* || 13 ueni///at (*i*₁ *a ex corr.*) *N* || ipsæ *P*, ipsi^{us}/// (*i*₂ *ex e*)
N || agat *P*, ege///τ (*e*₁ *ex corr.*) *N* || ageat *P* || insinitiu *P* || 14
 æn*aeae (*e ex eras.*) *P* || annibalē *P* || 14—16 adiumento utar hodie
 meme *N cet. om.* || 17 ablatiuo *N* || trahit *N* || 18 in|dum *P*.

septimum cassum ut *uiuitur armis*. at uero passiuum uerbum si sit, nomen adtrahit iuxta illud Glengi *intestinum a Romanis geritur bellum*. multa de impersonali modo dixere ueteres, ex quibus pauca promam. multa uerba sunt impersonalia, quae in *it* exeunt ut *euenit accidit contingit*. sed haec ne quis tertiae personae esse putet, primum sciat quod *accido contingo euenio* fieri non possunt, licet quidam *eueniunt* scribendum putant. *accido contingo euenio* uerba plenaria sunt. haec autem impersonalia, quae in *it* syllabam exire diximus, datiuum cassum adsumunt ut *accidit mihi tibi, illi*. sunt impersonalia, quae in *et* exeunt, quae tamen non unius regulae sunt. quaedam enim eorum a sese ueniunt ut *oportet pudet taedet paenitet decet* et reliqua, quamuis quosdam audierim affirmasse nullum uerbum impersonale a se nasci solere, sed ex aliis ut *paeniteo taedeo oporteo* et reliqua. est tamen uerbum impersonale, quod certissime ex alio nascitur ut *miserereor misseret*, quod uerbum praeteritum tempus non habet. sunt uerba quae utrum impersonalia an personalia sint, lectio sola demonstrat, nam geminae significationis esse noscuntur ut *placet claret displicet putet*. est enim *placeo places placet* et sic *clareo displiceo pateo*. si ergo haec nominatiuum cassum admiserint, mani-

5. *Exc. Nanc. p. 21*: Multa sunt impersonalia v. — sciat quia — putant *accido* — *euenio* plenaria uerba — *it* exeunt datiuum casum — sunt uerba impersonalia — a se — *taedet paenitet* (*semper*) *decet* quamuis — et caetera — *miserereor* *miseret* quia — personalia lectio — declarat — *placet* *placeret* — casum — habuerint quem infinitiuus — apparet impersonalia — sequente.

2 f. adtrahit *P*, attrahit///// in testimonium ut *N* || 3 f. nonnulli multa dixere de i. m. ex *N* || 5 sunt quae in *it* exeunt *N cet. des.* || 6 contigit *N* || 7 esse *om. N* || 8 f. licet—putant *om. N* || 9 aduenio *PN* || 10 haec a. i. *om. N* || 11 et datiuo *N* || 12—14 quae in *et* ////////// quae a sese *N* || 14 *tedet penitet P* (*semper*) || 14—17 dicit est et *peniteo N¹* || 16 solere *lere P* || alis *P* || 19 quod uerbum—tempus *om. N* || 20 f. sunt ut *placet daret displicet patet*—sed *claret N cet. om.* || 22 caret *P* || 24 hac *P* || amiserint *P*.

festum est, quod tertiae personae sunt ut *placet mihi hic sermo*. si uero datium cassum habuerint sibi adiunctum, quem infinitiuus modus sequatur, apparet, quod impersonalia sunt ut *placet mihi dicere*. sed *claret* et ⁵ *patet*, quando impersonalia sunt, non datium sed accusatiuum admittunt cassum ut *claret illum* infinitiuo tamen sequente. secundum haec etiam *apparet* intelligendum est. nonnulli hucusque uerbum extendendum putarunt, ut sex modis finitis finiatur et uerbum. nos ¹⁰ tamen uerba gerendi uel typici a nostris addita maioribus libenter recipimus: de quibus, si uita fuerit comes, suo loco tractabimus.

Nunc de formis uerborum paucis licet diserendum est, quae formae IIII sunt: prima harum perfecta est, ¹⁵ quae per omnes modos numeros figuras personas tempora perfecta declinatur. secunda est meditiua, quae aliquoties meditur sed non perficitur. uno enim modo et una persona quasi prima et hoc raro inuenitur ut *facturio*, tanquam si dicat *dicere quandoque propono*. ²⁰ tertia forma est frequentatiua, quae propter agendi frequentiam sic uocatur ut *dictito* hoc est *sepe dico*. sunt uerba formae frequentatiuae primae coniugationis, quae a uerbis tertiae coniugationis ueniunt ut *ago agis*, ex quo *actito actitas* et cetera. sunt etiam alia eiusdem ²⁵ formae uerba primae coniugationis, quae ex eiusdem coniugationis uerbis nascuntur ut *clamo clamas*, ab hoc

1 sunt *P* || 4 dicer[&] *P* || 5 dativ^o—accusativ^o *N* || 6 *claret* *N* || amittunt *P* || infinitiv^u *P* || 6—8 infinitivo—est *om.* *N* || 8 non///illi *N* || 9 finiti^s *N* || 10 tipicia *N* || 11 comes *ex cumes* *P* || 11 f. de—tractabimus *om.* *N* || 13 diserendum *PN*¹ || 14 ^harum *P* || he^ssunt perfecta prima^e *N* || 16 perfecti^e *N* || 17 aliquoties *N* || 19 factorio *P* || acsi *N* || dicere^t *N* || praepono (*∴* t perficiam) *N* || 20 tertia—est *om.* *N* || frequentiam *P* || 22 primae coniugations f. f. *N* || 24 et cetera] *om.* *N* || etiam *om.* *N* || 25 quae] *om.* *P*, q̄ in *mg.* *N* || 25 f. formae eiusdem coniugationis *N* || 26 clam^{as} *N*.

clamito tas, sic *uoco cas uocito tas*, *amo amito*, *impero imperito*. sunt praeterea ad eandem formam uerba tertiae coniugationis, sed ea, quis nascuntur, primae coniugationis sunt. dicimus enim *uido uidas*, a quo *uisso uissis*. nonnumquam etiam sub hac eadem forma 5 uerba primae coniugationis ex secundae coniugationis uerbis nouimus generari ut *uideo uides*, a quo *uissito uissitas*. sunt et non pauca in eadem forma per quosdam gradus tam literis quam intellectu crescentia. dicimus enim *curro curso cursito*, sed *curro* hoc tantum 10 significat, quod in itinere positus nullam facio conperendinationem, *curso* autem paulo citius aliqua necessitate extorquente festinare cogor, at *cursito* quando hoste me insequente fugio. inchogatiua autem forma IIII. est, quae nonnumquam se mentitur inchogatiua 15 esse et ex hoc eam non esse manifestum est, cum praeteritum tempus habuerit. quaecumque enim uerba uerae formae inchogatiuae fuerint, in nullo modo praeteritum tempus habebunt et tertiae coniugationis erunt ut *floresco lucesco feruesco calesco* et cetera. nascuntur autem 20 haec ex uerbis secundae coniugationis formae perfectae ut

8. *Exc. Nanc. p. 21*: Sunt uerba frequentativa per quosdam gradus tam litteris quam intellectum crescentia. dicimus *curro* — sed hoc tamen significat *curro* quia itinere positus nullam moram facio, *curso* paulo — cogor aut *cursito* hoste insequente fugio.

1 *clamito* (c *corr.*) *tas* N || *vocitas* N || 2—4 *sunt—sunt om.* N || 4—7 enim uerba uerae formae *vidō vidās* (~ *eras.*) N || 5 *visō P*, *viso* (s *corr.*) N || *vissis P*, *visas* vel *visis* N || non nūm P || 5f. nonnumquam—enim *om.* N || 6 ex] & ex P || 7 *generare P* || 9 *dimus P* || 10 *Kurso P*, *om.* N || 10—14 *curro* in itinere *cursito* paulo citius ^{cum} hostē fugio N || 11 *itinere P* || 14 in q̄ chogatiua P || forma autem *////*. Est P || 14 f. inchoatiua forma est quae (*in ras.*) N || 15 non nūm P || 15 f. nonnumquam—cum *om.* N || 16 f. p̄tō non habet N || 18 inchoatiuae N || in *om.* N || 19 *erunt om.* P || 20 c. et cetera *om.* N || autem *om.* N || 21 *verbi³ P.*

floreo luceo ferueo caleo. feruere autem a fero aestu libidinis, calere uero a corporis intellegitur calore. uerba autem, quae propter literarum similitudinem inchogatiuis similia ab incautis aestimantur, haec sunt erubesco coalesco cognosco agnosco ignosco. sed quia haec praeteritum tempus habent inchogatiua esse non possunt. dicimus enim erubui coalui ignoui cognoui agnoui.

De initiis gerendi uerbi explanatione facta uelut quibusdam fundamentis suppositis, nunc de coniugatione ipsa dicendum est. coniugationes tres sunt: prima ab *a*, secunda ab *e*, tertia ab *i*. multi diligenter euentilant, quare coniugatio sit dicta. quidam quidem hoc in fine habent, quod ideo coniugatio uocetur, quia tota latinitas his tribus coniugationibus uelut quodam iugo sustentatur. alii uero propter ordinem literarum coniugationes uerborum putant esse ordinandas eo, quod hae literae iugum quoddam uerbis praestant a se portandis. nonnulli etiam ab hoc coniugationes dici credunt, quia uniuscuiusque declinatio inueniatur in alia. hoc nosse debemus, quod uniuscuiusque coniugationis uerbum duplex futurum tempus habeat. dicimus enim *interrogabo et interrogam ges get, uidebo uideam, audibo audiam, agam agebo*. sunt et alia uerba duplicis per omnia coniugationis ut *uido uidas, uideo uides*. sed *uido* ad mentis oculos refferendum, *uideo* ad carnales.

1 fervasta *P*, fervore *i*. aestu *coni*. *Hartel* || 1 f. ferv. de libidine (e *corr.*) dicitur calore uero a calore corporis *N* || 2—7 verba—agnoui *om.* *N* || 3 similitudine *P* || 4 estimantur *P* || 8 de initiis sunt gerendi *P*, de initiis gerendi *N* | verba *N* || facta] sequitur *DE CONIUGATIONE* coniugationes in *N* || 10 sunt *om.* *P* || 10 f. sunt ab *a* ab *e* ab *i* *N* || diligentes *P* || 12—14 quaeritur quae coniugatio sit. Ideo coniugatio vocatur quia tota latinitas his tribus uelut quodam (o *corr.*) *i*. s. *N* || 15—17 coniugationes *om.* *N* || 17 *chē* *P* || 18 coniugationis *P*¹ *corr.*; coniugationes esse credunt ab hoc *N* || 19 in uer datur (rd ?) *N* || in alia *om.* *N* || 20 debemus *P* || 22 interrogem *N* || 23 ad diā (d_i ex t) *P* || 23 f. per omnes coniugationes *N* || 25 ad mentis oculis dī *N*.

sic *tego tegas* celatio consilii est, at *tego tegis* tectum uissibile significat; sic *do das dat* isponte largiti est, *dedo dedis* uis regiae coactio est. sic Cicero dicit *conacti in dedicionem Romanorum iura suscipere*. sic etiam *probo probas* alicuius rei examinatio est, at *probo probis* cum manus medicorum aegrescentium corpora contractant. sic et *uolo uolas* uolatile est, *uolo uis* uoluntarium est. sic et *cogo cogis* necessitatis est, at *cogo cogas* coniunctio uxoris ad uirum. *ussurpo pas* alicuius nominationis siue praesumptionis est, at *usur-* 10 *peo pes* inchoatio conscriptionis. omnis coniugatio in omni uerbo actiuo et neutrali ante nouissimam literam *a* recipit uel *e* uel *i*, in omni autem passiuo communi et deponenti ante nouissimam syllabam hisdem literis utitur. sunt uerba nullius coniugationis, quae in con- 15 sonantem desinunt ut *sum possum* literam. est *poteo* secundae coniugationis et potentiae maioris, sed secunda persona prioris uerbi *potes* corripitur debet, sequentis uero producenda est *potes*. sunt qui dicunt quaedam uerba in *i* ire et propterea nullius coniugationis fieri ut *memini odi* 20 *noui*. sed nos multae eos lectionis auctoritate reuincimus. inuenimus enim sepe *noro noris norit* et in praeterito tempore in *ui*, sic et *odio dis dit odiui*. *memini* autem solum in *o* exire non repperi. sunt uerba tertiae coniugationis, quae accepta productione sensus inmotant ut *uinc* 25 *uincis* de uictoria et habet in praeterito tempore *uici* et *uictus sum* in passiuo, at *uincio uincis* de uinculo et habet in praeterito *uincxi* et passiuo *uinctus sum*. sunt et alia eiusdem coniugationis nec in totum producta

1 cælatio *P* || 1 f. *tego* tectum^{or} *N* || 2 *dat* isponte *PN* || largiti^o *N* || 3 *virgis* rei coactio (s. f. virilis in *mg.*) *N* || 3 f. sic—suscipere *om.* *N* || 5 etiam *om.* *N* || *probo* *bas* *N* || 6 f. medicorum corpora (a *corr.*) contractat *N* || 6 *corpo* *P* || 7 et *om.* *N* || 8 *cogas* *cogis* *N* || 9 ad uirum *om.* *N* || 10 est *om.* *P* || at] & *N* || *ussurpo* *N* || *surpeo* *P* || 11 omnis—dixi *om.* *N* || 13 passio *P* || 18 corripiti *P* || 20 nulli § *P* || 21^o auctoritate *P* || 23 *qovi* *P* || 24 *eo* *P* || 25 productione *P* || 26 *vici*] *vinci* *P*.

nec omnino correpta ut *suscipio pis*, *aspicio cis*. nam in praeterito syllaba non additur, sed media litera motatur ut *suscepi* et praesens tempus imperatiui modi non in *i* productam, sed in *e* correptam mittit ut *suscipe aspice*. sic per omnia, unde et haec uerba fallacia dicuntur. sunt uerba primae coniugationis, quae a duabus uocalibus in omni declinatione finiuntur ut *bassio bassias*, *lanio tripudio radio* et cetera. sunt uerba, quae tertiae coniugationis productae a multis esse dicuntur ut *eo* et quae illi componuntur id est *praetereo praeo introeo*. sed quia haec uerba nunc *e*, nunc *i* adsumunt, quam ob causam a plerisque maxime ab omni scola Galbungi, quam et ego adiui, quartae coniugationis fieri credita sunt. quod cum Aeneae rediens inter cetera refferrem, non refutauit, sed hoc tantum dixit, quod duo futura tempora habeat ut *ibo* et *eam* et cetera.

Numeros uerborum duo esse sine circuitione ulla difinimus. sunt tamen L uerba, quae singularem numerum non habent ut *uocitamus*; sunt et quae pluralem numerum omnino non recipiunt *pugillito tas*, unde et Varro non ausus est dicere de Romanis *quia pugillitauerint*, sed disciplinatus uitium uitans dicebat *quia pugillitauit unusquisque pro suis uiribus*.

De figura dicamus. in cuius tractatione paulo longius inmorari legentum me utilitas compellit. nam figura simplex simplicius etiam habetur. acceptis autem

3 *suscepi*] *suscipi* P || *pressens* P || 4 *e*] *ē* P || 8 *basso* P || *tripudio* P || 10 *essē* P || 11 *po* P || 12 *cāsam* (a₂ ex u) P || 13 *advidi* P || 14 *redicens* P || 16 *dixit*] iam *dixi* coniugatio duo (o corr.) futura tem̃a habeat ut *ibo* et *eam* N || 16 *ibp* P || 18 Explicit de coniunctatione incipit de numeris P || ∂E NUMERO N, in VIII. clamo etc. fragm. Mont. cf. app. || numerus PN || sunt duo s. c. N || 19 *difinimus*] *om.* N || sunt uerba quae N || 20 *uacitamus* N || post pluralem *ras*. 5—6 litt. in N || 23 sed dicebat N || 24 *us* unus quiq̃ P || 25 *discamus* P || 25—27 ∂E FIGURA P || 26 *legendum* P || nam f. *om.* N || 27 simplex simplicius PN.

conpositionibus loquelari more sensum inmotat pariter et pandit. nam *clamo* clamoris simplicis est, *conclamo* simul cum multis; est etiam *acclamo* cum falso aliquem accuso sicut Cicero de Prassio *solis innocens acclamationibus punitus est. reclamo* aliquem exeuntem uocitans; *inclamo* et *succlamo* murmurandi est; *proclamo* laudandi uel deprecandi exaltatio; *declamo* rhetorizandi; *exclamo* quando pro uiribus uocem eleuo. *salto* gaudium cum quodam membrorum motu praetendens; sed in compositione litera motatur ut *exulto* quod est in uoce prolati gaudii; *insulto* inrissionis est iniuriossae; *persulto* cum per aures etiam longe adstantium sonitum penetrare facio; *resulto* cum alte respondeo; *consulto* prudentis consilii dispositio est. *testor* aliquid confirmans sententia, *contestor* cum quadam auctoritate affirmans, *protestor* manifeste cauenda denuntians, *obtestor* aliquem ad testimonium uocans, qui sit dignitate uel auctoritate eminens; *detestor* aliquid exsecrandum respuens. *iuro* iuramentum uerum cum quadam iuris iurandi confirmatione testificans, *periuro* iuramentum falsitate polluens, *adiuro* maiorem potentiam obsecrans.

2. *Fragm. Mont. (cf. app.)*: Clamo clamoris — de prouissio ait — rethorizando — mutatur — inrissionis iniuriose — penetrare — est dispositio — pertinet appono — insinuendi — superpone autem — propono — alias (?) — iudicans — orandi — excedendi.

1 inmutat *N* || 2 pandit *ex*—et *N* || 3 est etiam *om.* *N* || 4 accusso *P* || 4 f. sicut—est *om.* *N* || 5 aliquem *P* || post uocitans *ras.* in *P*, post aliquem *ras.* in *N* || 6 proclamo] clamo *P* || 7 deprecandi *P* || rethorizandi *P*, r&horizandi *N* || 8 eclamo *N* || 9 muto *P* || 10 mutatur *N* || exalto *N* || 11 uoce—gaudii in *ras.* *P* || irissionis (*r₁ corr.*) *N*, inrissionis iniurio sue *N* || 12 astantium *N* || 13 penetrare *P* || respondeo (*r corr.*) *N* || 13 f. consulto (*o₁ ex u*) prudentes *N* || testor *P* || confirmans *P* || 15 auctoritate *P* || 17 qui fit dignitate detestor *N cet. om.* || 18 auctoritate *P* || exsecrandum (*ae ex a*) *N* || 20 f. periuro falsitate ipsum puluens *N* || 21 puluens *P* || maiore* potentia* *N*.

pono simpliciter aliquid statuens, *dispono* aliquid operis
 inpensoris uel consilii factur^us. est etiam *disponere* foederis
 ineundi, *propono* nonnumquam ad interrogandam pertinet
 quaestionem, *appono* adiectionis est, *inpono* insuendi est,
 5 *superpono* aliquem censum uel laborem ui cuicumque in-
 dicens; *praepono* aliquid praeferens, sic et *antepono*.
 nam *postpono* aliut inferius iudicans; *conpono* ordinandi
 aut eloquii aut artificii est; *sepono* separandi, *suppono*
 aliquid subtus inducens, *depono* labefactandi est uel uita
 10 excedendi. haec de figuris uelut in transitu dixisse suf-
 ficiat.

Personae uerborum sicut et pronominum tres sunt.
 sed multa uerba sunt, quae per personas deficere dicuntur,
 siquidem uerbum inuenimus, quod prima caret persona
 15 ut *rees reest*, nam *resum* uel *resumus* latinus sermo
 non profert. sensus autem huius uerbi hic est: *reesse*
 hoc est in munitione multo tempore resedere Gratiano
 dicente *Campani multis in arce reerant annis*. quaedam
 uerba sunt, quae secundam personam non habent ut
 20 *soleo solet solemus solent*, licet Sebastius pluralem
 secundam personam iuduxerit. *solebatis* inquit o *ciues*
Romani uestris subuenire deprexis.

Nunc de significatione dicturus mei Aeneae prae-
 cepti memor esse debeo, qui ait, ad me cum scribere
 25 disposuerit, unius subrelictæ quaestionis obscuritate
 deformetur. huius rei ergo memor quaestionem, quae in-
 cedit, euentilare debeo. forte enim aliquis inquirat, cur
 non statim post coniugationem significationem expos-

2 consilij factur^us P || inpens.—foederis om. N || 3 ineundi
 om. N || interrogandum N¹ || 4 insuendi (e ex i) P || 5 cēsⁿum P ||
 uu P (corr.), om. N etiam cuicumque || 7 aliud N || 8 eloqui P ||
 aut—artificii om. N || sepandi P || spuⁿpono P || 10 excidendi N ||
 haec—sufficiat om. N sequitur || 12 ²E PERSONIS || 13 per add. ||
 personis N ex corr. || sie P || 15 ut om. N || 17 resedere PN¹ || 18
 campari N || multis³ N || 19 n¹on P || 20—22 licet—deprexis
 om. N || 22 depræsis P || 23—28 De significatione cur non N cet.
 om. || 28 coniun¹tionem (b eras., o, ex u) P || 28 ff. exposuerim
 iuxta gratiano N.

suerim, cum hic a plerisque possitus sit ordo. sed ego Gratiano magistro fretus, cuius in scola decim annos feci, hoc ita statui. hic enim ab eo ordo sepe promouetur. hoc inquam statui, ut a qualitate ad coniugationem, a coniugatione ad numerum, a numero ad figuram, a figura ad personam, a persona ad significationem et ita ad tempora peruenirem. significatio a quibusdam genus nominatur, quam opinionem Aeneas fortissime destruit asserens, genus nonnisi nominibus accedere posse. significationes ergo uerborum V. sunt, quaedam enim ex eis actiua uocantur, quae agunt ut *Turnum colo*, quaedam neutra, quae nec agere in natura habent, nec pati licet; quaedam eorum subreptiue agere uidentur. sunt autem hoc modo neutra uera ut *ambulo curro*, licet quidam haec uerba per compositiones acceptas agere existiment: *uiam perambulo, scribturam percurro*. passiuia sunt, quae pati semper habent. dicimus enim *mittor a Romulo*. deponentia sunt, quae cum passiuui similitudinem in declinatione habeant, passionem tamen ipsa qualitate deponunt ut *for faris*. communia uero dicuntur, quae et agere et pati sub eadem declinatione habent ut *ueneror regem* et *ueneror a rege*. sunt etiam uerba, quae commixtium genus habent; ex parte enim actiua uel neutralia et ex parte deponentia declinantur ut *audeo gaudeo soleo fido, mereor merui, plaudo plausus sum* et reliqua. sunt qui ita sentiunt passiuia esse et a neutralibus uenire aestimant ut *gavisus sum*. sed hoc uerum non esse manifeste deprehendimus. nam cum dicimus *ausus sum*, ostendis non passiuum esse sed

2 cola P || 3 fici N || hoc ita om. N || sep P || 3 f. hic—inquam om. N || 4 qualitate (e corr.) N || a] a* P || a^d N || 9 destruimus (e ex i) asserimus genus nonnisi N || accidere N² || 13 hae pati P || subreptiue N || uideant N || 14 curo P || 15 compositiones N || 16 scrib N || 19 similitudinem P || 20 cūmonia P || 23 commixtim N || 24 deponentiua P || 26 et] quae N s. l. || ad P || 27 gavisus sum P || 27 ff. sed non ~ uerum gavisus sum ostendens deponens N.

deponens; non enim *ab aliquo ausus sum*, sed *ego ipse ausus sum* aut agere aut dicere quod libuit. sunt uerba quae multis in controuersiam uenire possent; a nonnullis enim actiua, a plerisque deponentia docentur ut
 5 *partio populo praedo* et cetera. huius modi contentionem facillime peritus quisque sedabit, quia utrumque per multifariam latinae linguae condicionem potest inueniri.

Tempora uerborum sicut et saeculi trea sunt: praeteritum praesens futurum; inde multos mouet, quare cum
 10 praeteritum tempus saeculum sit primum, nunc scribes a praesenti tempore uerbum ordiuntur. ueteres initium declinandi a praeterito perfecto habebant; deinde quia perfectum plusquam et praeteritum imperfectum non adnume-
 15 rabant, ad praesens et a praesenti ad futurum scribendo pertendebant. at nos a tempore, quo scribimus, uerbo initium dicamus, quod certissimum est. deinde iuxta morem completiorum retroactim menses et dies supputantium praeteritum sumimus ex inpraetermisso praesenti tempore,
 20 ne iterato annumeretur ad futurum transimus. praeteriti quoque temporis, quid sibi uideatur triformis illa diuissio, succinctim explicabo. praeteritum imperfectum

16. cf. *Clem. exc. (f. 34^b)*: Et hoc sciendum quod Virgilio testante veteres initium declinationis uerborum a praeterito plusquamperfecto habebant. nos vero rationabilius a tempore quo scribimus uerbo initium damus, quia praeteritum non potest esse nisi quod fuerit praesens.

que añ

2—4 uerba* nullis (a *eras.*) actiua *N* || 4 deponentia *P* || 5 praedico *N* || et c.] *om. N, in marg. P add.* de uerbo || 6 facillime *P* || 7 linguae *P*, *om. N* || inuenirei *P*, inuenire *N* || 9 tri^a (i in *ras.*) *N* || 10 multis *N* || 11 saeculo *P*, a (s. l.) saeculo *N* || sunt *P* || nun *P* || scripturis *N*ⁱ || 13 perfectō *P* || 13—15 perfectō—pertendebant *om. N* || 14 nun *P* || 16 uerbo] uer *P* || damus *N*, fort. ducamus || 17 conplitoriorum *P*, conpōtariorum *N* || 18 actum *N* || 19 inpretermisso *N* || 21 uidetur *P* || 22 suūc cinctim *P*, succinctim (*c₁, i₂ ex corr.*) *N*.

uelut praesenti proximum ob hoc dicitur, quia non certo uel condicto die temporeue sed quasi passim et aliquantis horis actum uel dictum significatur. praeteritum autem perfectum certius ac definitius factum esse monstratur; plusquam idcirco sic dicitur, quia longius et perfectius 5 ostenditur inpletum. quodam ergo ascendentium more de inferioribus ad superiora hoc est de incertis ad certiora peruenimus. ueteres etiam futurum tempus uelut in duas quasdam partes diuidebant ut *uidebo* et *uidero*, quasi aliut sit quod crastino et quod in longo tempore 10 sit euenturum. unde et a plerisque pro futuro secundo tempore promissium modum in usu habebant. nos autem nec futurum secundum tempus nec promissium modum recipientes et quod prope et quod longe futurum est, sub unius futuri temporis significatione declinamus. 15 multi etiam tempus futurum obtatiui modi in modum imperatium tempore futuro prima dumtaxat persona uertere nituntur ut *audiam*, non ponentes quae obtatiuum modum significant id est ut *utinam ne donec usquequo usquedum quoadusque*. sunt uerba quae de- 20 ficere per tempora ab imperitis putantur, eo quod literarum consequentia in eis non uidetur ostendi ut *offero* et praeterito tempore motatis syllabis *obtuli*, necnon in passiuo uerbo tempore praeterito *oblatus sum*. quod ne forte mireris, dicam tibi, quod sepe accidit, ut et 25 nomina et pronomina literarum ordinem non seruent, cum tamen intellectu eadem esse *noscantur* ut *bonus melior optimus, malus peior pessimus* sic *unus et singuli*. eodem modo et alia huiusmodi uerba erunt ut *transfero*

2 post condicto ras. 5—6 litt. in N || ue] u+e N || passu= N || 3 significat* (~eras.) N || 4 definitius PN || 5 plusquam aut N || 8—14 veteres—recipientes & om. N || 11 a & P; fort. etiam plerique || 12 modum iteratum P || 15 sub] sed P || 16—20 multi—quoadusque om. N || 20 difcere V || 21 imperis P || 21—25 eo quod—mireris om. N || 22 ostendereⁱ P || 23 mutatis V || optuli V || 25 sepe] se V || 26 ordine N || 27 nuscantur V || 28 optimus VN || 29 post erunt spatium pl. litt. P || huiusce VN¹.

confero et cetera. sunt praeterea uerba, quae contra
 ussitatem latinitatem uel adiciuntur syllabis uel de-
 minuuntur. adiciuntur ut *legero ris rit, legerimus ritis*
rint et hoc indicatiuo modo tempore praesenti ut se-
 5 quentia declarant: imperfectum *legerebam*, perfectum
legessi, plusquamperfectum *legesseram*, futurum *legeram*
res ret, imperatiuo *legere legerat legeramus legerite* uel
legeratis legerant; futurum *legerito legerat* et pluraliter
legeramus legeritote uel *legeratis legerant* uel *legerunto*.
 10 obtatiuo modo *utinam legererem legereres legereret*
legereremus legereretis legererent. *legessissem legessisses*
legessisset, legessissemus setis sent. futurum *legeram le-*
geras rat sic rite per hunc ordinem declinatur et in
 passiuo habet tempore praeterito *legestus sum*. minu-
 15 untur autem alia ut *semo semis semit* et hoc pro *semino*
 et praeteritum *sempsi* pro *seminavi* et *sempsus sum*.
 sunt et alia quae declinatione difficillima sunt ut *fio*
fis fit, licet secunda persona multis non placeat. in-
 perfectum *fiebam*, perfectum *fui*, plusquam *fuera-*
 20 *ram* futurum *fiam fies fiet*, imperatiuus *fiat fiamus*, futurum
fito fiat. obtatiuus modus a multis declinatur *forem*
res ret, a nonnullis *fierem* et habet passiuum uerbum
fior firis fitur et cetera; *fiebar fitus sum*, futurum

2 ussitatem *P*, usitatam *VN* || demuntur *P* || 3 legeremus
V || 5 inper *V* || perfto *V* || 6 leges *V*, legissi *N* || 8 pl' *V*, plu^r || *N*
 || 8 f. legerat et plu^r legeramus legeritote v^t legeratis legerant vel
 legerunto *V* || 9 legerant] *sequitur futu^rū legerito* (l in marg.) *P*
 || 10 optativo *VN* || lege**rem *V*, legērem *N*, legerem *P* || legeres
P, res *VN* || legeret *P*, ret *VN* || 11 legeremus *P*, legerēmus *N*,
 remus *V* || legeretis *P*, retis *V* || rent *V*, rint *N* || legessissem *P*,
 legississem *N*, legissem *V* || legessisses *P*, legississes *N*, ses *V* ||
 12 set *VN* || legessissemus *P*, semus *V* || legerum *P* || 13 rat
 ramus ratis rant *V* || 14 tempore praeterito *om. V* || 16 semsi *N*
 || semenavi *V* || sūptus *N* || 17 et *om. N* || & difficillima *P* || sunt
om. N || 19 plusquam] pl' *V* || 21 optativus *VN* || a multis]
 aut *N* || declinatis *V* || 21 f. foerem res ret *V* || 22 aut^{ut} n. *V* || 23
 fieris *V* || futurum *om. VN*.

fiar; imperatiuus *fiere*, et cetera; infinitiuus *feri*
fitum esse uel fuisse; participia *fitus fiendus*. sed hoc
 uerbum multis incognitum est. est et aliud uerbum
 satis difficile ut *sum*, quod praeteritum imperfectum
 non habet nec perfectum nisi plusquam *eram eras erat* 5
 et futuro *ero eris erit* et imperatiuo modo tempore
 futuro *esto sit simus estote sint*, obtatiuo modo *utinam*
essem esses esset essemus essetis essent, futurum *utinam*
sim sis sit, coniunctiuus *cum sim sis sit*, plusquam
cum essem, futurum *cum ero*, infinitiuus *esse uel fuisse*. 10
 ob huius uerbi breuitatem praedictum uerbum *fio* huic
 quasi ulteriori modo adiungitur, ut quod in alio deest,
 in alio subpleatur.

VIII. DE RELIQUIS PARTIBUS ORATIONIS.

(8.) De aduerbio.

Edicto de principalibus partibus separatim per
 singulas partes id est de nomine pronomine et uerbo 15
 quam breuissime tractatu, nunc per reliquas orationis
 padas uelut per cronicen unam tantum epitomam sumus
 exposituri.

Aduerbium uerbo quasi ex obliquo famulum est,
 cuius tamen multiformis species est. nam quaedam 20

1 imperf^o *P*, imp^o *N*, im *V* || *fiar*ae *V* || et cetera om. *N*,
 cetera om. *V* || infiniti^o *P* || 2 fut esse *N* || p^oar *P*, part^o *N* || 4 satis
 om. *N* || deficele *V*¹ *N*¹ || 5 plusqpf^o *N*, plu^or *V* || 6 imp^oera *V* ||
 8 esses esset essem *P*¹ corr. || eem¹ // sset (*ras.* 5—6 *litt.*) esse-
 mus¹ || tis sent *N* || essent¹ *V* || 9 coniunc^o modo *N*, coniuncti^o
 utinam *V* || plu^os *P*, plu^or *V* || 10 fut^o *PN*, futuro *V* || infinitum
V, infinit^o *N* || hic *V*, nunc *N* || 12 ulteriore *N* || EXPLICIT VIII.
PV, Expt EDICTO *N* || INCIPIT NONA DE RELIQUIS PAR-
 TIBUS ORATIONIS *P*, INCIP^o VIII DE RELIQUIS PARTIB;
 ORATIONIS *V*, DE ADVERBIO *N* || 14 adiectio *V* || 14 f. separ-
 ratim idē *V* || 14—18 de—exposituri om. *N* || 16 fort. tractato ||
 orationes *V* || 17 velud *V* || cronicem *V* || epithomam *P*, aepithomo
V || 19 verba *P*, uerbi *VN* || 20 multiformes *N* || est] sunt in *ras.* *N*

locum, quaedam tempus designant. cum dicis *tum*, tempus significat, at cum dicis *tun*, locum ostendit, ut Cato *utrique in Taurum coetus condixere montem, tun pugnauere totum collecti per diem*. sic etiam con aduerbium est pro *illuc* Marcello scribente *ite con arma ponite aerea secrete castris*. et haec coniuncta duo *tuncon* aduerbium similitudinis faciunt pro *tanquam* iuxta illud Lucani *et populus tuncon mare fluctuans consternari fecit terram*. *tanquam*: sic dici debet sicut superius exposuimus in pronomibus, ne duae simul uocales ab imperitis aestimentur.

Omne aduerbium, quod a nomine nascitur, in quassorum compositione ueteres nominibus adiungebant sicut Glengus dicebat *uir in acie fortiter pro domo liberis et capite pugnat*, non autem *fortiter pugnat*, sed *uir fortiter*. sunt aduerbia quae putantur esse nomina neutralia, sed non sunt ut *longe prope necesse facile deficile*, sed tamen quia *facilis* et *deficilis* sepiissime repperiuntur, non mirandum erat, si etiam neutraliter *facile et deficile* inueniretur, nisi Aeneas hoc fieri posse negaret. haec aduerbia fortia sunt, quae neutrali uerbo

12. *Exc. Bern. 198, 11 et Leid. f. 76^a*: Omne aduerbium — cassorum — acie fortiter (*finit B*) ¹g¹engus — vis — vir fortiter (*L*). 16. *Exc. Bern. 198, 20 et Leid. f. 76^b*: Sunt aduerbia — difficile (*B semper, difficile L*) — inuenirentur — eneas (*L*) —

2 significa *P* || designat ostendit *N* || 3 cato—montem *om.* *N* || 4 p^ed^aem *N* || 5 et pro *illuc* *ite* *N* || ama *P* || 6 aera *P*, a re^a *N* || serite (*i corr. ex. e*) *N* || hastris *P*, hastis^a *N* || et haec] nec *N* || cun *N* || 6—8 duo tuncun in mare *N* || 7 tamquam *P* || 8 tunc con *P* || 9 terram *om.* *N* || debet^a *N* || 9 f. ae. sicut superius exposuimus i. p. *N* || 10 nec duae s. *V* || uocales i. q. uocabula || 12 omne—nascitur *om.* *N* || quassarum^o *N* || 13 f. nominibus (*i corr.*) adiungebant ueteres ut vir *N cet. om.* || 20 difficile *N cetera usque* si dicas *om.*

cooperantur ut agat, si tamen ab infinitiuo modo excipiuntur ut si dicas *longe est nos in his ulterius commorari locis.* unde Aeneas *prope erat inquit Phoebum occassu celeri imos invissere priscos;* Terrentius *ne-cesse est inquit Gallos fieri fallaces et iterum facile est uirum uinci uiro uirtutis subito superueniente.* sunt aduerbia quae a uerbis passiuis ueniunt, ex participiis scilicet praeteriti temporis ut *certatim strictim dissipatim congregatim,* quae ex *congregato* et *dissipato*, *stricto* *certato*que ueniunt. sunt aduerbia, quae literis eadem sunt sicut et nomina et uerba ut *falso.* dicimus enim *falso uos;* hic uerbum est primae coniugationis *falso falsas;* et ablatiuo *cassu falso nomine uocati sunt* et aduerbialiter dicimus *falso loqueris.* sunt aduerbia, quorum condicio ab aliis partibus orationis nascitur ut est *mecum tecum secum nobiscum uobiscum.* *me* enim accusatiuus *cassus* est, *cum* uero ablatiuus est praepositio et faciunt aduerbium simul. sunt alia aduerbia, quae in *o* exeunt, sed accepta *r* litera faciunt ex se nomina ut *docto pasto litterato uastato,* quibus si eandem literam adiunxerimus nomina esse intelleges ut *doctor pastor litterator uastator.* sunt alia aduerbia, quae et nomina ut *magister,* nominatiuo enim *cassu magister*

^{non}
sit ab infinitiuo (*B*) — excipiantur (*L*) — est in his (*B*) — commemorare (*B*) — Phoebum (*B*) — superueniente.

6. *Exc. Leid. f. 76^a:* Sunt aduerbia — ueniunt. 10. *ib.* Sunt aduerbia quae — falso dicis — uerbum hic est — casu — falso loquens. *Exc. Bern. 198, 14:* Sunt aduerbia qualitatis: eadem sunt sicut nomina — dicis — casu — loqueris.

1 infinivo *P* || 2 ^ualterius *P* || 4 celerimo ^renvisse *re P*, *c**eleri ^rmovere (vere *in ras.*) *se N* || praecos *P*, *om. N* || Terrentius] et *N* || 5 est¹, s. *l. N* || gallus *N*¹ || 6 ^rsuperueniente *P* || 6 f. sunt aduerbia—ueniunt *om. N* || 10 f. sunt aduerbia et *nōa* // (ras. 4—5 litt.) *N* || 14 aduerbium *N* || 17 *cassus*] *om. N* || *vero*] *ero P*, *om. N* || 18 aduerbum *P* || 18—22 sunt alia—*vastator om. N* || 20 eadem *P* || 22 sunt aduerbia *N*.

dicitur, qui sit praecipuus doctor et aduerbialiter *magister* pro *docte* accipitur sicut Lucanus ait *doctores etenim nostri magister omnia faciebant*. sunt etiam aduerbia quae propter metrorum necessitates uel propter
 5 ueterem consuetudinem et ut elimatius dicam, propter uitiosam inuentionem aut adduntur ut *fortiositer* pro *fortiter*, *comptose* pro *compte*, aut minuuntur ut *audacter* pro *audaciter*, *feliciter* pro *feliciter*. *heri instar* fas nonnulli putant nomina esse inflectibilia, sed nos aduerbia
 10 esse non ambigimus. aduerbia congregandi non unius sunt status, aut enim coniungunt et stabilia sunt ut *inuicem sumus* aut controuersia ut *inuicem insurgimus* aut dicessiuia ut *abinuicem disiungimur* aut agapeta ut *pro inuicem laboramus*. multi aduerbia de coniunctiuiis faciunt ut *ergo tamen*, ut *ergo* pro *sepe* ponant,
 15 *tamen* pro *inde* iuxta illud Virgilii Assiani *ergo legunt sapientes tua scripta o Cato*, hoc est dicere *sepe legunt* et ipse Cato *tamen* inquit *reuersi Romam ueniunt* hoc est *inde reuersi*.

(9.) De participio.

20 De participio autem, quod pars nominis et uerbi est, de quibus in superioribus ut puto sufficienter effati sumus, nunc breuia dicenda sunt. gerendi uel typici uerba de participiis diriuata fideles quique doctorum ita intellegunt, ut eligendi genitium participii uerbi pas-

8. *Exc. Bern. 198, 18 et Leid. f. 76^b*: Heri — inflectabilia — ambigimus. 14. *ib. 199, 11*: Multi — faciunt ut ergo pro saepe — Asiani — sapientes legunt — reuersi.

1 et] ut *P* || 1 f. doctor et adverbium est sicut *N* || 3 nostri om. *N* || etiam om. *N* || 3 f. aduerbia propter m. n. *N* || 4—6 vel—. adduntur om. *N* || 5 ut] ait *P* || 6 fortiositer *N* || 7 minuntur *P* || 8—14 feliciter—laboramus om. *N* || 15 f. ut tamen pro inde ut ergo pro sepe legunt *N* || 18 ipse om. *N* || de participio breuia dicenda sunt *N* || 20 participis *P* || 24 legendi *P*.

siui, temporis futuri; et ita per ordinem totum cassum numero singulari in hanc formam uersum esse definiunt, quod inussitata latinitate diriuatum est. unde et quidam nominatio cassu huius participii in eandem formam ussi sunt. praeter hanc enim opinionem nihil 5 seniores nostri de his uerbis sentiendum putarunt. gerendi autem uerba dicuntur, quia opus quod natura non erat suum, ui aliqua gerunt. ob hoc et actiuo uerbo herent. typici autem uerba ideo dicuntur, quia ex praedicto participio typicata sunt. quando ergo gerit, 10 tunc tantum gerendi nomen accipit, typicale autem nomen, siue si gerat siue etiam non gerat, immobiliter tenebit. ipsa autem participia, quandocumque uerbis fuerint applicata, tamquam uerba sonabunt. nec gestu separabuntur, sed sic gestu utentur compositiue ut *legens* 15 *eram* pro *legebam* uel *legi* et *legens ero* pro *legam*. multi ueterum duo futura coniungebant uel duo praeterita ut *saluandus ero* siue *saluatus fui*, quod in declinatione uerbi licebit. ceterum sic dicendum: *salvatus sum* siue *saluandus sum*. *sum* enim uerbum 20 mobile, quod participia secum ferunt prout illa fuerint, sic *es est sumus estis sunt*. in reliquis autem tempo-

15. cf. *Exc. Nanc. p. 19*: Hic aliquid notatur. Sum uerbum praesentis temporis praeteritum indicare, quod Virgilius absoluit dicens: Ipsa participia *sq.* . . . sonabunt nec estu — estentur compositiua ut — *legebam legique, legens ero* pro — duo futura uel duo praeterita coniungebant ut *saluandus ero* siue *salvatus fui* quod in declinatione uerbi licebit.

1 casum $P \parallel 3$ definiunt $P^2 \parallel 3-6$ unde — putarunt *om.* $N \parallel 4$ casu $PN \parallel 7$ quia] quae $N \parallel$ non *ex* nunc $N \parallel 8$ u]* (*j ex corr.*) N , vu $P \parallel$ ob hoc] hec (*e corr.*) $N \parallel 9$ f. typici — tipicati $N \parallel 10$ ergo] autem $N \parallel 12$ siue $\equiv N \parallel 14$ fuerit P , $s \equiv$ rint $N \parallel$ gestu] *Hartel*, estu P , fort. situ uel statu $\parallel 14$ f. nec — aestentur *om.* $N \parallel$ sunt compositiut (*corr.*) $N \parallel 15$ gestu utentur] *Hartel*, aestentur P , fort. sistentur $\parallel 15$ f. lenseram p̄ero $P \parallel 16$ eor $P \parallel 19$ ceterum P , quod $N \parallel 21$ mobile (*e ex i*) $N \parallel$ ferunt (*un ex corr.*) $N \parallel$ et prout $N \parallel$ illa (*a corr.*) N .

ribus a suo statu moueri non possunt. est participium, quod Cato in uerbum transferre solebat uerbi scilicet passiuī temporis praeteriti ut illud *omnibus fratre patre matre coniuge reliquis necessariis proque carus falera*
 5 *factus*, quod tamen non licuisset ei facere, nisi hoc participium totius testimonii sententiam clauderet. nonnulli hoc ignorantes *est* sumunt aliunde, quod sicut eis omnino facere non licet, ita aliis quidem participium transferre in uerbum absque eo quo diximus modo
 10 peruersum et indecorosum est.

(10.) De coniunctione.

Nunc de coniunctione aliquanta dicamus. uidentur mihi coniunctiones omnes cuiusdam catenae uel nexui uicem exsequi, quod omnes sententias annectant. tamen nonnullae ex eis separare dicuntur ut *autem* et *uero*
 15 *ita dumtaxat*, si in principio dictionis posita fuerint; in mediis autem dictionibus pro copulatiuis habebuntur sicut Aeneas composuit *cum itaque in theatro conuenissent multique conflictarentur*, nonnulli autem *sedare*
 20 *populum niterentur*, alii *uero in certamen populum concitarent*, tum *sol indigne ferens tantum a ciuibus haberi discordiam subito tenebris medio offusus die in mare uelut munitissimam urbem refugit*. hic enim praeter
 itaque cetera trea fona id est *que autem uero* copulatiua simul sunt ad praeterita. expletia autem duas ob
 25 causas sic uocantur, primum quod sensum dictionis expleant uel quod in metris locum suum obtineant iuxta illud Catonis *uirile quoque certari conpetit agmen*. hic

1 possunt. finit *N* cetera desunt || 6 f. nun nullis *P*¹ || 11 nunc—dicamus *om.* *N* || 12 nexui^{rae} *N* || 13 annectant *N* || 15 ita dumtaxat *om.* *N* || 16 habentur *N* || 17 teatro *P* || 17—24 sicut—praeterita *om.* *N* || 18 conflictarentur *P* || nonnulli *P* || 20 tantum] fort. tantam || 23 quae *P* || 24 ad praeterita] petestia *P* || expletia *P*, expletivae *N* || 25 uocatur *P* || expleat *P*, expleant (exple in ras.) *N* || 26 obteneant *PN*¹.

enim quoque praeter metri expletionem nullam causam habet. inter autem et enim hoc distat, quia autem dictionum sensum commotat ac discernit, enim conglutinat. inter uerum et uero duae sunt distantiae: una, quia uerum praepositui ordinis est, uero subiunctui; alia, quia uerum causaliter pro tamen habetur, uero ob expletionem suae tantum stationis accipitur. quamquam in V species coniunctio diuisa sit, tamen in sese commiscuntur, ita ut unaquaeque alterius ratione pro dictionum qualitate utatur. frequenter enim causales pro rationalibus et copulatiuae pro causalibus poni solent, ut pro enim et ponatur sicut Cicero uos uicistis et dii uos iuuerunt, tamquam uicistis, quia uos iuuerunt. quoniam et enim pro tamen et si ponuntur sicut Donatius praetorius in apologetico sic fatus est quamquam me accusent, quoniam ego auctoritate certa fidens omnium probra tempno hoc est tamen omnia tempno.

2. Cod. Leid. f. 81^a: Inter autem — enim conglutinat.
 4. Exc. Bern. 200, 18 et Leid. f. 81^a: Inter verum — quia verum praepositivi ordinis est v. s. a. (om. L) q (L) — expletionem tam (L) — accipitur. Fragm. Mont. (cf. app.): Inter — ob (om.) — accipitur frequenter causales — sicut — iuuerunt quoniam pro tamen ponitur ut donativus praetorius sic fatus — certa (om.) — temno quoniam — faciat Sulpicio — iurabant. 7. Exc. Bern. 200, 22 et Leid. f. 81^a: Quanquam in — disiunctio (L) — commiscuntur (L) — unaquaque (B) — rationales (L) — uicistis vos — invenerunt (bis L) — tamquam si (L) — tamen si (B) — donatus (B) — factus (B¹ L¹) — tamen (om. L) — Ulpianus (L) — inquit (L) — vindicabant (B) — vivant. margini B manu Petri Danielis haec adiecta sunt: in altero vet. cod. sic habetur: donatus praetorius in apologetico sic fatus est quamquam etc. — et: Vulcianus de imbecillitate Tuscorum: Enim, inquit, multos vivent annos se numquam vindicabunt hoc est si vivant. cf. etiam ann. Fleckeis. 1869 p. 733.

1 causam (a₂ ex u) N || 3 enim vero N || 5 una ≡ N || 7 ob expletionem] expletionis N || 8 in₂ (i corr.) N || se esse P || 9 conmix^s cū^{en}tur N || 12 sicut Cicero] ut N || 13 iu^uerint N || iuuerunt hoc est quia d. v. iuuerunt N || 14 sicut] ut N || 14—16 donatius — ego om. N || 15 apologetico P || 16 auctorita P.

Lucanus etiam de inbecillitate Tuscorum scribens *enim* inquit *multos uiuant annos, non se umquam vindicabunt hoc est si uiuant. quoniam* si duo uerba circa se habeat, subiunctum unum priori faciet et sequens antecedit
 5 Sulpicio scribente *iurabant, quoniam debellabant*; hic est ordo *ideo debellabant, quoniam iurabant. quidem* duas efficientias habet, aut enim anteactis uerbis uel personis paratur aut proponit sententiam uel confirmatio uel destructiuo modo et respondetur ei uel re-
 10 uincitur a talibus coniunctionibus hoc est *sed tamen autem uerum uero. sed* si in medio testimonii fuerit, maxime quod habet aliam coniunctionem in sensu, pro tamen accipietur. est etiam *sed* additamenti, cui non solum, non tantum, non modo uel anteponentur uel,
 15 etiamsi non litera, certe sensu praestruentur sicut Istrius ait: *omnis homo prout ualet, uitat pericula, sed et suae uitae quaerit commoda.* hic enim est sensus non solum illa uitat, sed etiam ista quaerit.

(11.) De praepositione.

De praepositione pauca dicenda sunt. omnes enim
 20 praepositiones, quae accusatio cassui seruiunt, in aliis latinitatis generibus pro inuicem plerumque motantur. legimus enim con Gratianum *naues apud mare nauigabant* hoc est *per mare*, et alibi *demorati aliquandiu*

3. *Exc. Bern. 201, 9 et Leid. f. 81^a*: Quoniam cum — hoc est (B) — bellabant — iurabant.

1 uleanus P || inbecillitate P || et iterum scribens N || 2 vivunt (v₂ ex corr.) N sequitur et ait Iurabant || unusquam P || 4 unum] enim P || 5 sulpito P || debællabant (æ ex a) N || 6 delabant P || 6 f. quidem — praestruentur om. N || 7 efficientes P || 8 confirmatio P || 15 et sicut N || 16 Istrius PN fort. Histrius || vale P || 17 quomoda N || enim om. N || 18 sensu] essu P || FINIT. INCIP DE PPOSITIONE N || 19 de — sunt om. N || 20 cassu P, casui N || 21 mutantur N¹ || 22 eon P || 22 f. legimus — demorati om. N.

apud Constantinopolin sumus, apud pro in. circum si fuerit
praepositio, quod raro tamen euenit, per m scribetur,
si uero loquelam fecerit, per n scribendum est, ne sicut
sepe notauimus, duae uocales esse putentur
unde . . . quendam Origines Atheniensis uidisset scrip- 5
titantem et legisset illud circumdata munilibus et ornata
uestitibus subridens o inquit Virgili, quid agis? non te
oportuit magis scriptorem fieri quam lectorem; qui enim
studet pingere craxaturam literarum, antequam discat
earundem intellegere qualitates, necesse erit eum in sin- 10
gulis errare. tu autem ne scribseris circumdata sed cir-
cundata. circa et erga duae praepositiones sunt cassus
accusatiui, sed hanc diuersitatem habent, quod circa
ad uisibilem materiam uel locum pertinet, erga autem
ad animum spectat, maxime cum aliquem propensio- 15
rum affectum gerat proximorum. denique et in latinitate flo-
sophica ergum affectus dicitur, unde et ergo sic dice-
bantur a priscis, qui in sese cunctorum traherent affec-
tum. aduersus de aduersitate dicitur. quidam ostendunt
melius scribi aduersum, quod mihi uideatur satissimum; 20
etenim duae partes praepositionem accipit
accentum si it pro contra. ita et ante et prope et pone
et ultra praepositiones accusatiui casus immobiles sunt
nec pro aliis aliae iectantur. communes praepositiones,
quando accusatiuum cassum habent, mobiles sunt, in- 25
mobiles quando ablatiuo adherent.

12. *Exc. Bern. 201, 13 et Leid. f. 82^a:* Circa et erga — in
 — filosofica (L) — si dicebant (L) — affectum.

1 constantinopol¹on P, constantinopoli N || 2 quadraro P
 || 2—11 circum—errare om. N || 4 potenter P cf. supra p. 68, 10 ||
 tertia pars versus vacua in P || 5 post unde spatium 1—2 verbi,
 fort. me cum || quendam] fort. quondam || originis P || 8 oportet
 P || 11 f. tu ergo N || 11 scriberis P || circunda P, circumdata
 N || 14 visibile P || vello cum P, vel¹⁰ cum N || 15 f. spectat et
 affectum N || 16 gerat (a in i corr.) N || philosophica P || 16—18
 denique—affectum om. N || 18 priscis P || trahent P || 19 osten-
 dum P || 19—21 quidam—praepositionem om. N; hic finit P ||
 22 si] fi N ut videtur.

(12.) De interiectione.

Interiectionum significatio et quia trita est et quia pene superuacua atque incondita a nostris iudicata est, hoc tantum dico, quia *uae* et *eugae* cum significant aduersa, diptongon in clausula sui habebunt, cum
 5 autem *ue* tantum distinguit et *euge* laetitiam ostendit, diptongon habere non est necessarium.

(XIII.) DE SCINDERATIONE FONORUM.

Primus Aeneas apud nos fona scindere consuetus erat. quod cum ab eo diligentissime percunctarer, cur hoc faceret, o fili, inquit, ob tres causas fona fin-
 10 duntur: prima est, ut sagacitatem discentium nostrorum in inquirendis atque inueniendis his, quaeque obscura sunt, adprobemus. secunda est propter decorem aedificationemque eloquentiae. tertia ne mystica quaeque, et quae solis gnaris pandi debent, passim ab infimis
 15 ac stultis facile repperiantur, ne secundum antiquum sues gemmas calcent: etenim illi didicerint hanc sectam, non solum magistris nihil agent pietatis, nihil honoris reuerentiaeue inpendent, uerum etiam porcorum more ornatores suos laniabunt. scinderationis autem triplex

3. cf. *Clem. exc. f.* 53^b: Aliae inter coniunctiones et interiectiones ut *ve*, sed quando coniunctio est non habet diptongon, quando vero interiectio est producitur.

DE INTERIECTIONE *N* || 2 poene *N* || supervacua (*a*₂ *in ras.*)
N || 3 significant^a *N* || 4 dip^h tongon *N* || 5 distinguit (— it *ex*
 at) *N* || 6 diphtongon *N* || FINIT *N* || INCIPIT SECUNDUS
 Scinderatione fonorum *N* cf. *praef.* || 9 faceret ait *N* || fin-
 unⁱ ditur *N* || 10 sagatatate (*a*₂ *ex e*) *N* || 11 quaeque] quoq: *N* || 12
 sc̄dae *N* || 15 facile || antiqum^v fort. canticum || 16 etenim] si *add.*
Mai || dedicerint *N* || 17 magris *N* || 18 reverentiā *N* corr. *Mai* ||
 19 laniabant *N*.

effectus est. primus quo uersus scindimus Catone
dicente *mare oceanum classes quod longae sepe turbatur
simul nauigant.* hoc enim dicere debuit: *mare oceanum
sepe turbatur, classes quod longae simul nauigant.*
secundus quo ipsa scindimus fona uel syllabas sicut 5
Lucanus edidit *ge. ues. ro. trum. quando. tum. a. fec.
om. ni. libet. aeuo.* et sic soluitur *quandolibet uestrum
gero omni aeuo affectum.* tertium genus, quo literas
scindimus. scinderatio autem literarum superflua est;
sed tamen a glifis sensuque subtilibus recipitur. unde 10
et fona breuia scindi magis commodum est quam longa.
Cicero dicit *RRR. SS. PP. MM. NT. EE. OO. A. V. I.*, quod sic solu-
endum est *spes Romanorum perit.* Virgilius quoque
Assianus *GGGG. L. B. FF. RR. S. NNN. TT. E. AE. I. VVV. EE.*; quod
sic soluitur *glebae gignunt, fruges ferunt.* Emilius 15
quoque rhetor eleganter ait *SSS. SSS. SSS. SS. PP. NNNN.
GGGG. RR. MM. CT. TD. CC. CC. CC. CC. CC. CC. CC. III. II. VVVV. VVVV.
EE. AE. EEEE. EE.* cuius haec solutio sapiens sapientiae
sanguinem sugens sanguissuga uenarum factae uocandus
est. Galbungus quoque in laudibus indefunctorum 20
longas lineas texens, in prooemio suo talia factus est,
Fausti *PPPP. PPP. RRR. RRR. LM. SSS. NN. TTT. C. IIII. AAAAA. O.
EEE. EEE.* quod taliter soluitur: *primae partis procerae
partes pleni pupis erant.* porro multi sunt qui instar
notariorum dissimili quidem scriptura partes latinitatis 25
uel singulis uel binis literis adnotare solent. ut Vir-
gilius Troianus ad Auiceanum regalem arcanum:
*tibi si liberali omnem fertilitatem in agris, prolitatem
in filiis, mulitatem in coniugibus, benedictionem in pe-
coribus per deos o.* unam posuit literam pro toto actiuo 30
uerbo, quod in o terminatur, id est *opto.* et Cicero

1 æffectus N || scindemus N || 3 debuit] duit N corr. Mai || 4
clases N || nauigent N || 6 quanto N || 8 tertius N || quod N || 9
commodia N corr. Mai || 14 Asianus GGG N || 16 litterarum nume-
rum emendare hic nolui; cc i. q. c || 18 f. in marg. sapiens adsimula-
tur sanguis sugē || 21 longuas N || texiens N || sus N || factus] i. q.
fatus || 22 PPPP, RRRR N || TT N || OOO N || 23 procere N || 27
troeanus N || regali arcan N || 28 fort. sic || 30 p toto N, pro t.
corr. Mai.

de sole *magnum* inquit *luminare*, *quod totum circuit polum sol .ur.*, hoc posuit <pro> *nominatur*. multi praeterea ad hoc scindunt fona, ut ea per syllabas in quasdam artes componere ac dirigere nitantur. ut Lucius
 5 de nomine, *nomen* inquit *in modos scindamus latinos* ut *mon*, quod est signum grecum, *nomo mone enne* et *ar*.

Scire debemus quod multa artium omnium fona latina philosophica motauerit ratio; sicut in uerbis inuenimus uel adiectionem superfluum uel diminutionem
 10 corruptibilem: adiectionem cum *rogauissem* uel *rogauisse* pro *rogassem* et *rogasse* adiecta media syllaba repperiamus inscribi, diminutionem cum media itidem syllaba detracta scribatur *rogarunt* pro *rogauerunt* sic *rogarant* pro *rogauerant* et *rogarit* pro *rogauerit*. solent
 15 etiam rhetores mensurandorum pedum temporumque gratia aliquas syllabas in modis addere, ut illud est: *rii uoluimus ionicum nauigabere pontum*, hoc posuit pro *nauigare*. idem alibi *flamma aurum accensi probabat camini*, pro *probat*. consuerunt etiam nomina uel pro-
 20 nomina aliis literis longe alio quam debuit legere modo, ut *bonum* quod esset *buonum*, et *ago* pro *ego*, quae in multis inuenimus. multi huic pronomini aliud nomen, quod literis magis sit proximum, indere uoluerunt: *mius mei mihi*, hoc pro *ego*. per uarias latinitatum
 25 multifariasque differentias quis ambire potuerit, cum tam multae sint, ut nequeant numerari?

Omnes partes orationis scindi solent: nomina, ut ubi sit *regnum*, ponatur *germen* Lucano dicente *germen Romanorum rectum est hoc est regnum*. pro-
 30 nomina quoque scinduntur ut *si* pro *is* secundum illud *Alexandri saluus sit, si qui contulit* hoc est *is qui contulit*. uerba quoque scindimus ut *nodo* pro *dono* et *gelo*

3 sciendum N || 5 latinus N || 6 ar] N fort. ex c̃tr || 15 re-
 tores N || pedem N | que] quae N || 17 rii voluimus N, M. Volum-
 nii corr. Mai || 18 proba at N || 20 longa aliquam N || 21 buonum]
 bonum N corr. Mai || 22 pronomine N || 25 deferentias N || am-
 bire] anuere N || 26 numeri N || 30 scindantur N || 32 dono] do.

pro *lego*. aduerbia quoque secundum Hilarium *locutus summus rhei*, pro *heri*. participia quoque scindebant necessitate cogente, sicut dicit Cicero *sapientiam manas in actus exerit* pro *amans*. coniugationes quoque scinduntur secundum illud Ciceronis *quasiunt uiues uita odibili, quasiunt* pro *quatiunt*. scinduntur etiam praepositiones Terrentio dicente *quidque faciemus abs te* hoc est dicere *absque te quid faciemus*. item *nesi Deo in hac uiuitur colonia* et hoc est *sine*. scinduntur etiam interiectiones ut *tata* pro *atat*. 5 10

Sciat unusquisque scindentium peritorum, hoc imprimis curare se debere, ut quaecumque sic scindat, solutio probet quomodo scindat: non enim recte soluitur a quoquam post quod non recte praeponitur. tum unde greca uel hebrea nomina uerbaue scindere debet 15 praesumat, quia hoc in neutra lingua habetur. Cicero solebat sic scindere fona, ut foni medium in primo, et medium aliud in secundo poneret uersu iuxta illud *in que cuncti manebant simul collecti ·do· iura ineuntes foedera munientes ·mo·* hoc est *in domo*. motabat aliquando 20 sua consuetudine, ut non in clausulis tantum, sed in mediis uel primis sepe uersibus scissa insereret fona secundum illud *hostes proponunt, o ciues, ·da· dextras, uestro uersa iuri ·re· uoce, gubernanti fato* hoc est *dare*. rursumque *·sur· sol succurrere clara fulgens luce ·ge· gau-* 25 *dium ciuili pro portantibus salute* hoc est *surge sol*. hoc in dissyllabis Cicero faciebat. item in trissyllabis *debeo ciuibus meam rem communibus ·fac·, nec auaritiam secter in propriis ·ce· malam, neu rapinam agam in externis ·re·, hic findit facere*. et iterum *omne uisum* 30 *ab homine ·cu· delectabile natura sugante ·pi· ipsi indita, ex quo non potest ·ter· cupidine carere, hic findit*

1 Helarium *N* || 2 rhei] reſi *N* || 4 manas (*a*₂ ex e) *N* || eaerit *N* || 6 vivere *Mai*, fort. vires || quatinunt *N* || 8 in marg. abste pro absque te *N* || quid] quit *N* || 10 attat *N* || 13 solvit *N* || 15 f. De ratione ad fona scindenda in marg. *N* || 18 &poneret *N* || 19 ineuntes *N* || 21 *Uτ* in ·em clausuli stantes *N* corr. *Mai* || 22 scisa *N* || 23 oſtes *N* || occives *N* || 32 qui *N* || ter] tur *N*.

*cupiter. item persectam prosam sic fecit .lau. contemp-
tus pecuniae .da. in omni molimine .bi. per amorem
philosophiae .lis. menti fiet perite hoc est laudabilis.*

Terrentius motato more syllabam ex hoc uersu
5 trahens et ex illo aliam uel commotabat uel minuebat
atque addebat secundum illud *tempora .quae .ra. prae-
suum suo sub iure finem finitum sibi .runt. mundi com-
page statuta hoc est quaerunt tempora praefinitum
finem. item fortis ensem Aeneas forte portabat in .nu-
10 pelta fidens .ma. tuta tela festim uincebat quod sic est
ensem in manu portabat. Varro quoque literas X
uersus motare uisus est per denos secundum illud *uti-
nam, o uiri, dolorem pro uestris .P. sicut pro suo
genetrix gnato sustinet .A.! quis enim forti non dolet
15 amico .T., cum eum in multis uideat iniuste torqueri .E.?
cur ergo ne uos quidem hoc iusto uiuitis affectu .R.,
uestris ut pro uestram cito hauriatis zazam .E. redi-
mendis, quos iniqua proripuerat praeda .M. iniquorum
ditioni, plebi superbitanti? .I. noli itaque uestris par-
20 cere diuitiis .N., cum sit magis cunctis bonus opibus
amicus .I.' hic primum dictionis uerbum PATEREMINI
scissum est. non ergo nouum putemus esse morem
scindendi fona, cum antiquitus solitus sit fieri, quod
his compertum esse poterit, qui scolas Italicas totas
25 Affricanasque, immo in quacumque poli parte positas
latinas perlustrent: a quibus solet etiam aliud scin-
dendi genus adsumi, ut ex duobus fonis quae coniungi
debeant, assumpta ex utroque syllaba prima unum
faciatur fonum, sicuti cum *ordinem* ac *fidem* uolumus
30 edocere, *orfi* succincte nominatur. item cum *uitam* ac**

1 persectam persam *N*, cf. *W. Meyer, Ludus de Antichr.*
p. 76 || 2 omnib; *N* || 6 tempore *N* || 7 sibi rēnt *N* || 10 festim]
vertim *N*, an vertens? || 14 sustenit *N* || forti] porte *N* corr. *Mai*
|| delet *N* corr. *Mai* || 17 auriētis *N* corr. *Mai* || gazam *Mai* || re-
dimendis corr. *Mai* || 19 superventati *N*, superbae datos *Mai* || 20
diuitis *N* || 22 pōtemus *N* || 22 f. more scindi fonam corr. *Mai* ||
24 scalas *N* || 26 solent *N* || 30 orfi succincte *scripsi*, orfessu cante
N, Orphei cantus *Mai*.

disciplinam quis exponat, *uidis* potissimum edicitur. sicut senex Donatus intulit *uidi muesam*, *quis capiat?* solent enim integro nomini aliam ex alio syllabam supplementi gratia superaddere, ut est *suaptum*; *su* enim ex suauitate susceptum est.

Multa praeterea sunt genera scindendi, quae sparsim in suis libris doctores prodidere: nullus tamen eorum, ut opinor, expositionis huiusce ad me usque edidit opus. uos igitur hoc facite quod Aeneas Vestrae fecerat, gratutum gratiarum agens agendarum suae coniugi¹⁰ cantilicum, quae sibi ex ropha et scephora oleo admixto pene mortalibus inusitatum fer confecerat, dicens: mea uxor, meae diuitiae, mea gloria, mea gratia, meum spiramen, quas tibi grates rependam, quae mihi epulum facere commentata es, quo ne ipsi quidem¹⁵ reges utuntur Romani? si ergo pro uilibus grates refert poeta oleribus, quas nostris pro tam dulcibus sapientiae dapibus grates conuenit rependere doctolibus?

Sunt alia scindendi iura, quae tamen quia trita²⁰ sunt, silentio uellim praeterire. sed ne quis etiam munusculo se susciperet defraudatum, unum uobis huius rei ponam testimonium, quod meae clausulam dabit epitomae. de hyperbato sumamus exemplum, quod dictis multiformes uariasque aliarum sententiarum in²⁵ eadem sententia interceptiones solet apponere: quod uitium peruersum quidem ordinem, pene tamen inmutabilem per omnes textus lectionum inolescit auctoritatem. ex quibus est illud Aeneae Mithridati belli historiam, immo tragoediam, lacrimabiliter enarrantis³⁰

1 ludis *N*, ludus *Mai* || 2 muesam] e *ex i N*; error inesse videtur || 3 nomine *N* corr. *Mai* || aliam & alio *N* || 4 suplimenti *N* || 9 Aeneas] emeus *N*, iam *Mai* de Aenea cogitauerat || 10 gratiarum] gratum *N* corr. *Mai* || coniugii *N* || 11 cantilitum *N* || am x to *N* || 15 epulum] depuli *N* || ipsi (si corr.) *N* || 16 regis *N* || 20 trina *N* corr. *Mai* || 22 monusculo *N* || susciperit *N* || 24 aephitomae *N* || yperbaton *N* || quod] quae *N* || 25 dicti *N* || 27 perversu *N* || 28 inolerit *N*, intulerit *Mai* || 30 metridati *N* || belloⁱ *N*.

illo inquit enim *narrare proponimus* (quo metro? dactylico) *quod maximum scimus gestum est bellum. in illo, inquam, eodemque quo uincensimum et quintum aetatis expleueram annum* (hoc enim ita esse Aeneas me edocuit) *tempore Blastus quidam genere Phrighius Iulius* (quod uocabulum Blasti a poetis accepit, quia pene homines pro nimia inmanitate mandere, quod Blasti dicuntur facere, uidebatur); *hic ergo a septentrione* (ex hac quippe parte oriendus fuit) *Romam Germanorum sibi, quorum soceritatem amicitiamque pariter adquisiuerat, satilibus adiunctis ueniens, ingente urbi populo plebique perdicione per eundem facta, in septem siquidem contra sese dimicaturas ciuitatem diuisit partes et intolerabilem incussit plagam, ut pene tota ciuitas internicioni se daret.* hic autem ordo pene totius testimonii prae-
 posteritatus est: quem indifferenter ideo relinquimus, quia et unicuique in potestate prout libuerit ordinare et huic expositiunculae finis in proximo est. sapientium autem scriptorum est iuxta haec quae proposuimus
 exempla scindere fona.

(XIV.) DE COGNOMINATIONIBUS NOMINUM ATQUE UERBORUM.

Memini esse me a Donato, meo discente, uestro munice hesterno rogatum anno, ut unde *celum* dictum sit aperirem: cui respondi non illius temporis fuisse id operis inpendere mente. corpori nominum festinati id
 temporis uacare non potui, nunc uestrae dilectioni

1 dactylicum N || 2 maximus N || 4 expliueram N || aedocuit N || 5 temporae N || phereus N || 6 accipit N || 8 uidebantur N || 9 oriendus N || 10 amicitiaque N || 11 satilibus] *pro* satel-
 litibus || ingentem N || 12 perdi ocia N, perdicione *corr. Mai* ||
 13 incussit (i, ex c) N || 16 indifferenter N || 19 proposuimus N ||
 20 fona . finit N, *sequitur* INCIPIT III. DE METRIS. *postea*
 INCIPIT IV. DE COGNOMINATIONIBUS *etc.* N *cf. praef.* ||
 21 meminisse N *fort.* meminiscor || 22 hesterno N || 24 corpori]
fort. operi, cui rei *Mai* || 25 dilectionis N.

largibor, alia superadditurus. celum ob hoc dici putatur quia quaedam intra se grandia celat archana et ipsum aerum spatiis nubiumque obstaculis ab humanis celatur, abditudine sua rectissime nomen accipit. altum celum diximus; sed altitudo et profunditatem nonnumquam ⁵ significat: denique siue mare siue quidquid infra terram est positum, altum nominandum est. sicut et senex Donatus *obsecro uos o alti quicumque estis, emittite ad me solem in terra lucere diem protinus allaturum. terra* ob hoc dicitur quia hominum pedibus teritur. sed aliter ¹⁰ igitur *ra* dicitur, primo quod ex ea nascimur, unde et ex humo *homo* dicitur secundum quod eius fructibus alimur ac recreamur. tertio quod in eam laeto soluti uelut in matris uuluam recondimur. *mare* ab amaritudine dicitur, ab Hebreis aquarum collectus. *sol* dicitur, quia ¹⁵

1. *Fragm. Med. (cf. append.)* Caelum dicitur quia quaedam grandia archana caelat. philosophorum peritissimi vocant altum caelum ut diximus sed altitudinem et — numquam significant denique mare — nominatur sicut senex donon in-menso dolore superatus corporei mali noctem velut longissima fastidium sustinens ac solito lanquentium more diem evenire desiderans tamquam si aliquid requiei corpori foret allaturus tali praecabatur modo: obsecro — intra (?) lucere — terra eo quod pedibus teritur. sed aliter separatur, quia *ra* portatrix ut genitrix in latino philosophicae unde naves quae portant rares dicuntur. *ter* igitur — unde ex — secundo quia eius fructus alimur tertio quia in eam laeto soluti — recondimur. ¹⁵ *ibid.* Mare ab amaritudine dicitur ab hebreis aquarum collectus, a philosophis ex duobus componitur velut magna res, nulli mortalium nota. stella de stillando, astra de variaetate — situs de situ altiore. volucer a velocitate, avis ab aviis hoc est desertis locis, bestia de besu hoc est ferocitate. belua marina dicitur, bel enim mare a philosophis vocatur. caro —

1 superadditurus (*u₃ corr.*) *N* || celum] *in marg.* caelū unde dī *N* || 4 obditudine sua *N* || altum] *in marg.* altitudo *N* || 8 & terra *N* || 9 terra quare dī *in marg.* *N* || 10 teritur *N* || aliter] *ter* *N* || 11 ¹ unde *N* || *in marg.* homo ex humo *N* || 13 terticio *N* || ea *N* || solutu *N* || 14 mare ab a. om. *N* || 15 collectus dicitur *N* || sol] *in marg.* sol quare?

solus per diem sui fulgoris ui totum orbem obtunsis una stellis cum luna inlustrat, uel certe sol ex sollemnitate hoc est habundantia splendoris nuncupatur.

cogitationis — nomine caeterum si omne quod — requirendum est unde appellatur pus. pus in latinitate philosophica custodia sicut origenius dicit — corpus ergo a corona circumdandi et a custodia retinendi dicitur — sumendi oculus ab oculendo, auris ab hauriendo auditum dicitur. pectus a philosophica latinitate cum additamento s scribitur ex eo quod spectat — secreta unde lucanus quando as pectore colitant cogitationes sed nos pectus a pectinando idest discernendo cogitamenta unde in modum pectis cuiusdam etiam visibiliter compactum est unde et quae in pectore male cogitantur — peccata — dici debent ab ubertate lactis si quis in viris — nominare — qui humores inundanter exuberant philosophi virtutem et cursum man et pen vocaverunt — per omnes casus numeros genera monoptota — est. a man — appellatae sunt — pen — quod a cursu est — labia ex labore loquendi. Aeneas meus super nomen aliud intellegit ob hoc inquit labia vocantur, quia cottidie per verba in vitium labuntur. lapis de lapsu. sed altius lapides — lampades igitur (?) accenduntur unde et lapides preciosi — splendore, saxa inmania et immobilia. petra de duricia omne enim durum et indomatum apud veteres petrum vocabatur. quod quaecumque nomen ut verba secundum propinquitatem non sonaverint secundum sensum et consuetudines scripturarum intelligenda sunt. menses a mensura, veteres a mensa eo quod communem mensam omnibus suis fructibus faciant. unde et iemales non menses dici sed spatia volunt. gloria ex eo dicitur quia alti quique ut sunt dii apud philosophi glores dicuntur. sed cercius gloriam a glorificatione laudis dicitur. hoc sciendum quod omnia pene apud veteres aliat dicebantur et nunc apud nos aliat habentur. ex quibus est gratia quam esse dicimus quod gratis et sine precio accipitur illi gratulam dicebant a gratulatione, nos dicimus brachiam ex bracho. brachium enim in latinitate philosophica fortitudo dicitur. illi vero protentorium vocabant ab eo quod protenditur. nos dicimus dentes quod edent ut dent loquere est fortationem. illi ruminos vocarunt quia cunctos rodiunt cibos. Aeneas dentes mandulas dici melius arbitratus est ex eo quod mandunt. hic idem mihi dicebat cum ab eo inquirer quid esset natura. o fili scito, quod uniuscuiusque rei natura — omnino subsistere ac vivere — actu — natatu.

2 sollemnitatem N || 3 habundancia N || noncupatur N (semper).

luna a quadam Diana nominari estimatur, quae numen uocitabatur: sed quod uerius, luna ex ipso lumine uocatur. *stella* a quodam Stilline uocitata est, quem dicunt aurigam fuisse stellarum: sed stellae omnis ideo dicendae sunt, quia ueluti quaedam stellicidia leui uolatu dis-
currunt. sed inter stellas et astra et sidera, quae tria genera sunt caelestis ornatus, quae differentia est? quod
stellae ut diximus de stellando diriuantur. *astra* de uarietate picturae (aster quippe apud philosophos pictor dicitur), *sidus* de situ maiore nominatur. ergo sidera
altissima sunt astrorum, stellae minima quaeque astra ac leuia, astra uero omnis ornatus celorum.

Auis de auiditate carpendi dicenda est: *uolucer* uero ab ipsa uelocitate uolandi: *uolatile* autem non erit nomen proximae positionis, sed diriuatum. quidquid
uolat communiter dicitur, et Catone dicente *sagittae eius uolatiles sunt*. et Cicero *elifantui* inquit *uolatiles in bello*. *bestia* dicitur de bessu, hoc est more feritatis. *belba* marina erit, bel enim mare a fisicis uocatur. *caro* a caritate cognitionis, *corpus* a corruptibilitate
naturae dicitur: sed hoc de homine. ceterum quod uisui patet *corpus* dicitur. quaeritur unde appellatur: *pus* in philosophia custodia dicitur, ut ait Origenes *positis in pure fratribus solus euasit*, hoc est in carcere. *corpora* a custodia dicitur. *caput* a capitate sumi
dictum est, unde capere dicitur quae comedimus et tenere quae manu tangimus; sed ad animam refertur, eo quod capax cogitationum ac memoriae. *oculus* dici

1 lunam *N*, luna quare *in marg.* || nomen *N*, an Lucina? ||
2 luna | *N* || 3 stellam *N in marg.* stella quare || 5 volatu *N* ||
6 inter stellas et astra et sidera q̄r sit *in marg.* *N* || 7 deferentia
N || 8 stⁱllando *N* || 10 sydis *N* || moiore *N* || 11 miniria queque
N || 12 uero] vo *N* || 14 volatile unde *in marg.* *N* || 17 cidcero
N || 19 eⁱllrit bellena in *N* || ampisicis *N* || 20 corruptilitate *N*
|| 23 philosophia *N* || custodia *N* || originⁱas *N* || 24 solus || 25 cor-
pora a] fort. corpor a || custodia *N* || sumen *N corr.* *Mai* || 26 ca-
pere (e, ex i) *N* || 27 manum *N* || tangumus *N* || 28 memoria
(o corr.) *N* || oculis *N*.

dicitur, eo quod occulta peruideat ac perlustret. *auris* eo quod auditus sermonis ex internis hauriat. *pectus* ex eo quod expectat ad cordis secreta, dicitur a peccando, id est discernendo, unde peccata dicuntur. *ubera* nonnisi mulierum dicuntur, quae ab ubertate lactis nuncupantur: si quis in uiris uoluerit nominare, uirilia erunt quae humorum inundacione exuberant. *uenter* a uenti spiramine sic dicitur; quia et uentus ob hoc nomen accipit, quod per omnes uenas, latebras arctusque totius creaturae perueniat. *lingua* a linguendo dicitur. philosophi uirtutem et cursum *manus* et *pedes* uocauerunt, quorum nominum monoptota declinatio est per omnia genera: a *man* ergo, hoc est uirtute, *manus* appellatae sunt, et a *per* pedes, quod est a cursu. *equus* ab equitate cursus dicitur. *uir* a uirtute nominatur: *mulier* a mulitudine sexus: *uxor* quae a uiro fuerat uxorata in coitu. sed *coitus* generaliter dicitur omnis coeuntia siue itineris siue concordiae siue conubiorum. *cor* uocatur a corruptione sensuum.

Lux dicitur semper caelestis, hoc est diei solisque: at *lumen* materiale est, id est ignis aut lucernae. *aqua* generaliter dicitur omnis liquor. *panis* dicitur omne quod pascit. *uinus* siue de uinea, siue quod impleat uenas. *labia* ex labore loquendi dicuntur, siue quod per uerba labuntur de lapsu. *lapides* dicuntur de sua lampaditate, quia ex eis lampades ignis accenduntur. *lapides* pretiosi ex insito sibi splendore, uelut ex quadam lampadam similitudine nominati sunt. *saxa* uero inmania et immobilia uelut quaedam staturae dicuntur. *petra* de duritia dicitur. *dies* nominatur a quibusdam quia diis iocundus est; nos dicimus *dies*, quia a tenebris

1 oculita *N* || 2 auriat *N* || 5 hubertate *N* || 6 quis *om.* *N* || nominari *N* || 8 veⁿtus *N* || 10 creatura *N* || 11 ped (d *corr.*) *N* ||
 clina

12 decio *N* || omnia *ex* omnem *N* || 13 a] *ex* i (?) *N* || 14 mequos *N* || 16 mulitudine] *fort. idem quod* mollitudine || fuerat] fuerit *Mai* || 18 conobiorum *N* || 23 vinus (~ *m. al.*) *N* || 26 lampades] lapides *N corr. Mai* || 27 ex,] et *N* || 28 lampadam *N* || 31 a] *add. Mai.*

diuidat. *nox* dicitur ab eo quod humanis noceat. *tempus* a temperamento dicitur, eo quod diebus mensibus annis frigore aestateque temperatur. *annus* dicitur eo quod cuncta innouat. *mensis* a mensura dicitur, siue quod mensam, id est terram, suis fructibus dapibus impleat. ⁵ *aestus* de longitudine dierum dicitur, ipse ardon dicitur. *autumnus* dicitur de aumatione fructuum, quod colliguntur. *hiemps* frigus interpretatur uel sterilitas. *uer*, hoc est quod in eo cuncta uernent, id est uere-scant. *pluuia* eo quod de celo pluuiat, siue quod ipsius ¹⁰ terrae germen inrigat. *nubes* dicuntur, quia solem suo tegmine uelut sub quodam pallio obnubunt. *gloria* a glorificatione; apud philosophos *glores* dicuntur. *gracia* ea quae gratis datur uel sine pretio accipitur. *brachium* fortitudo dicitur. *dentes* dicimus, eo quod dent loque- ¹⁵ lam uel fortitudinem uocis: alii *ruminas* nominauerunt, alii *mandibulas*, eo quod rodunt cibos uel mandunt. unaquaque rei natura est, in qua nascitur, et sine qua uiuere non potest, sicut homo sine actu, auis sine uolatu, piscis sine natatu. et sicut corpus per quinque ²⁰ sensus constat, ita scriptura per quinque literas uocalis, quae regnant in VIII partibus orationum.

(XV.) DE CATALOGO GRAMMATICORUM.

Primus igitur fuit quidam senex Donatus apud Troiam, quem ferunt mille uixisse annos. hic cum ad Romulum, a quo condita est Roma urbs, uenisset, gra- ²⁵ tulantissime ab eodem susceptus, IIII continuos ibi fecit annos, scolam construens et innumerabilia opus-

4 mensis *ex* menses *N* || siue quod] quod *add.* *Mai* || 5 suis] vis *N* || 8 colleguntur *N* || sterilitas *N* || 9 eū *N* || orescant *corr.* *N*² || 12 uelut sub] uelut *N* || 13 losophos *N*, *fort.* alti quique *add.* || 14 si pretium *N* || 15 dicimus] dicitur *N* || 15 f. loquelle— fortitudine *N* || 16 ruminus *N* || 17 mandubulas *N* || cibus *N* || mandant *N* || 18 qua] quia *N* *corr.* *Mai* || 19 sincactu *N* || 22 quae] quam *N* || oracionum fin *N* || INCIPIT V DE *etc.* *N* *cf. praef.* || 24 Troiam (*i ex e*) *N* || annus *N* || 25 uuerbs *N* || 27 innumirabilia *N*.

cula relinquens, in quibus problemsmata proponebat dicens
quae sit mulier illa, o fili, quae ubera sua innumeris
filiis porregit, quae quantum suxa fuerint, tantum in
ea inundant? hoc est sapientia. quid interest inter
 5 uerbum et sermonem et sententiam et loquelam ora-
 tionemque? *uerbum* est omne quod lingua profertur
 et uoce. *sermo* autem cuius nomen ex duobus uerbis
 compositum est, hoc est serendo et monendo. *sententia*
 uero quae sensu concipitur. porro *loquela*, quando cum
 10 quadam eloquentia dictionis ordo protexitur. *oratio*,
 quando usque ad manuum artem describendus oratus
 prius sermo perueniat. fuit itidem apud Troiam quidam
 Virgilius eiusdem Donati auditor, qui in describendis
 uersibus diligentissimus erat, qui LXX uolumina de
 15 ratione metri scribens et epistolam ad Virgilium
 Assianum missam de uerbi explanatione. tertius Vir-
 gilius EGO.

Nam Virgilius Assianus praedicti discens fuit,
 uir ammodum ministratorius sanctis uiris ut numquam
 20 in sede eum uocantis sermo inueniret. hunc uidi meis
 oculis, et puerulo mihi notas caraxauit. hic scripsit
 librum nobilem de duodecim latinitatibus, quas his no-
 minibus uocauit. *prima* inquit *est usitata, quae in usu*

4. *Fragm. Mont. (cf. app.):* Quid interest — monendo
 comptior ac diligentior sententia uero — oratio est quando —
 describendi orat prius — p̄ueniat. 23. *Fragm. Angelicum*
 (=A *cf. in appendice*).

3 filis N || 4 interest om. N || 5 sententiam] scientiam N
 corr. Mai || 9 uero] uò || lequella N || 10 qua^udam N || 11 man-
 num N || arte N || orat^vprus N || 13 auditor (o ex u) N || 16
 assian^u N || explanacione N || tertius (ti ex corr.) N || 18 a///si-
 anus N || dicens N || 19 ministratorius (o ex u) N || satis vir N
 corr. Hartel || 20 inv^{eni}ret N || 21 puerulo (o ex u) N || notas/// N
 || cracsavit N || 22 no^a///bilem (o ex corr.) N | his N || 23 vocavit]
 in sequentibus uerbis perobscuris nihil mutavi.

Romanae eloquentiae habetur et qua scripturae latinae atramentantur, id est scribuntur.

II. assena, hoc est notaria, quae una tantum litera pro toto sono contenta est, et haec quibusdam formulis picta.

5

III. semedia, hoc est nec tota inusitata nec tota usitata, ut est mota gelus, id est mons altus, et gilmola pro gula.

IV. numerosa, quae proprios numeros habet, ut nim unus, dun duo, tor tres, quir quattuor, quan quin-
que, ses sex, sem septem, onx octo, amin nouem, ple
decem quod dictum de plenitudine est. et sic nimple un-
decim, usque ad plasin uiginti, et torlasin triginta, et
quir lasin quadraginta, usque ad bectan centum et per-
uenit usque ad colephin mille et reliqua.

15

V. metropia, hoc est intellectualis, ut dicantabat, id
est principium; sade id est iustitia; gno utilitas; bora hoc
est fortitudo; ter hoc est dualitas coniugalis; rfoph hoc est
ueneratio; brops hoc est pietas; rihph hoc est hilaritas;
gal hoc est regnum; fkal hoc est religio; clitps hoc est
nobilitas; mymos dignitas; fann hoc est recognitio: ulio
hoc est honor; gabpal hoc est obsequium; blaqtth hoc est
lux solis; merc hoc est pluuia; pal dies et nox; gatr
hoc est pax; biun hoc est aqua et ignis; spax longe-

1 f. et—scribuntur om. N ex A add. || 3 asena A || 7 mota
gtus N, monta glosa A || mons altus] non saltus A || 9 numi-
s uae

ro≡aq: N, numeria A || proprius—numerus Nⁱ || 10 quur A ||
quam N || 11 ses sex A, om. N || sen A || adnim A || 12 plem N ||
nimplexi A || 13 plasi///n N || orasin A || 14 quur salim A || usque
bectan A, usque ad dictam N || 14 f. bectan ·c· et plasinus cophin
mille & rī A || 16 intellectuales N || un dicantabaat In hic N || 17
s≡ahm ~ ÷ iusticiam N || gnoutilbea A || GCO hōc N || 18 forti-
tudo te in ras. N; gnoutilbea fortitudo A || teer N || hoc est om.
A (semper) || coniugales N || dualitas ·i· coiū ven. A || ueneratio
A, veracio N || 19 bropf N, brop A || rip A || 20 glip A || nubi-
litas N || 21 mors A || fan A || cognatio A || vli A || 22 gab^pal N ||
blath A || 23 merc^r N || ffal hoc ē dies et nox N, pallias et mox
A || 23 f. grab paxpin A || 24 spax^d N, spat A.

uitas. ex his rebus mundus totus gubernatur et prosperatur.

VI. lumbrosa, hoc est perlonga, cum pro uno usitato totus uersus scribitur, cuius exempla sunt hec ut: 5 gabitariu cum bresin galsiste ion, hoc est legere. item: nebesium almigero pater panniba, hoc est uita.

VII. sincolla, hoc <est> perbreuis, uersa uice cum totus uersus usitatus in uno continetur fono, cuius exempla sunt ista ut gears, hoc <est> mores colligite, 10 bona diligite. item biro, hoc est linguere parentes utile non est.

VIII. belsauia, hoc est peruersa, cum casus nominum modusque uerborum transmutat, cuius exempla sunt hec ut lex hoc est legibus et legibus hoc est lex et 15 rogo hoc est rogate et rogant hoc est rogo.

IX. presina, hoc est spaciosa, cum unum fonum multa usitata significat ut sur, hoc est uel campus uel spado uel gladius uel amnis.

X. militana, hoc est multimoda, cum pro uno fono 20 usitato multa ponuntur ut pro cursu gammon, sualin, selon, rabath.

XI. spela, hoc est humillima, quae semper res terrenas loquitur ut sabon, hoc est lepus; gabul, hoc est uulpis; gariga, hoc est grus; lena, hoc est gallina. hac 25 Ursinus utebatur.

XII. polema, hoc est superna, quae de superioribus tractat ut alippha pro anima; spiridon pro spiritu;

1 gubernatur N || 3 Latina VI limbrosa N || u^t ñ N || 4 uno] phono add. Mai || 4 f. cuius—hec om. A || 5 gabitarivcum (?) N, gabigayrum A || besingal fitelon h ã legat A || leiere N || 7—10 sincolla — biro om. A || 7 cervice N corr. Mai || 8 tantus N corr. Mai || ususitatus N || 9 collegite N, corrigite corr. Mai || 10 dibigite N || lin re querere N || biroc h ã utile parentem A || 11 non est] nonem N || 12 belsabria A || 13 modosq; N || 14 lix N || ligibus N || 15 rago, rogant N || 16 presin^a// N, bresina A || 17 ut sur] usur N || 19 f. per (utroque loco) N || 20 saulin N || 21 rabat selon A || 22 hoc est iteratum N || ter/////renas N || 23 sobon N || gabal A || 24 vulpes ganzagrus lena A || 26 ponema N || 27 allipha A.

*repota pro uirtutibus quibusdam supernis; sanamiana
anus pro quadam unitate Dei alti. hoc semper genere
uirus loquebatur hic.*

Virgilius Assianus primogenus quidam apud
Cappadociam, uir dulcissimus erat, in fisicis satis gnarus ⁵
et in computatione lunae et mensuum sagacissimus. hic
scolasticis suis aiebat de tonitruo interrogantibus, spiritum
quendam esse inusitati uenti, qui praestitutis temporibus
mundo intonat et cuius sonus tonitruit, cuius natura haec
est ut solus humanis se usibus ingerat, qui non tam ¹⁰
spiramen quam fulgoream flammam habet, quem et al-
torem omnibus uentis et profundiora omnium penetrare
asserebat. quem cum interrogassem utrumnam hic uentus
propria dictione an aliena regeretur assumens pagillam
IIII poeticos confecit uersus ita inquires ¹⁵

*summa in summis
potens caelis
celsaque cuncta
gubernat celsa;*

id est Hebreorum deum. ²⁰

Istrius uirus Hispanus in compositione histo-
riarum splendidae satis eloquentiae, quandam simili-
tudinem mihi dedit dicens: uicem solis in testimoniis
agit uerbum; nam sicut dies absque sole non est ru-
tilus, sic testimonium sine uerbo non lucidum. hic ²⁵
ait *o rex scito, quia sicut tecum tua ancilla uitam hanc
est sortita communem, ita et tu mecum mortem subibis
communem. item interrogatio: o auare, quid celum,
quid terra, quid mare sua dona tibi ferunt, et tu tua*

1 nepote A || sanamia pro A || 3 loquaebatur N || hae
N corr. Mai || 4 quaedam N || 5 capadociam N || ignarus N ||
6 computatione N || 9 naturae^b. est N || 10 se usibus N corr. Mai ||
11 flamma N || 15 poeticus (o m. al.) N || 21 hestrius N || 24
agit] ait N || solein N || rutulus N || 25 sine ·.·. uerbum N || 25 f.
luce dum hic ait N || 26 ancillae N || 27 comunem N || m^e cumea
N || 29 tua tuō N.

bona non fers proximo? item: in mari piscem obuia quaeque uorantem nec saciari potentem, sic mens hominis auari toto nescit saeculo saciari. hactenus Istrius.

5 Erat apud Aegyptum Gregorius grecis studiis ualde deditus, qui tria milia librorum de Grecorum historiis conscripsit. erat apud Nicomediam Balapsidus nuper uita functus, qui nostrae legis libros, quos ego in greco audio sermone, me iubente uertit in
10 latinum, quorum est principium: *in principio celum terramque mare omniaque astra spiritus intus fouet.*

Erant praeterea tres Lucani, unus in Arabia, alius in Endia, tertius in Africa: quos Aeneas meus praeceptores habuit, quorum libros meditante notaria
15 arte in lucidam discriptionem transtulit. in quibus reperit quod uir quidam Maro fuerit prope diluuium, cuius sapientiam nulla narrare secula potebunt. unde Aeneas cum me uidisset ingeniosum hoc me uocabulo iussit nominari dicens: *hic filius meus Maro uocabitur,*
20 *quia in eo antiqui Maronis spiritus rediuiuit.* erat etiam auus meus Martulis, uir satis gnarus et clarus uultu. hic in arte grammatica diligentissimus. — haec uobis, o sodales atque discentes, legum paternarum libris pro cunctorum legentium utilitate atque salute excepta in-
25 sinuasse sufficiat.

1 f^ores (e m. al.) N || 3 atenus N || 4 h^e òc^ẽ trius N || 5 aegup-
tum N || 5—7 Gregorius tria milia librorum conscripsit m. rec.
in mg. N || 6 dedutus N || 8 noper N || vita/// N || 9 adion N ||
verti N || 12 Ulcani N || 13 in africa quos e in ras. N || 14 medi-
tante] fort. mediante || onotaria (r ex t corr.) N || 16 moro N ||
de isto virgilio quare maro nominetur quaeritur hic in mg.
N² || 19 vocabitur (i ex e) N || 21 aus N || ignarus N || 23 sodales
(o ex a) N || paternorum N || 24 f. excepta sinuasse N corr. Mai ||
explicit MARONIS Virgilio. Oriuntur ephitome N.

APPENDIX.

I. FRAGMENTUM ANGELICUM.

INCIPIUNT EPITOME VIRGILII MARONIS.

Latinus, a quó latinitas. is centenos habuisse fertur
annos. hic uir magnus fuit et potens belli regiis tem-
poribus. latinitatis genera sunt XII, quae his uocantur
nominibus. prima latinitas usitata, secunda asena, ter-
tia semedia, quarta numeria, quinta metrofia, sexta 5
lumbrosa, septima sincolla, octaua belsabia, nona
bresina, decima militana, undecima spela, duodecima
polema.

Usitata est quoniam in usu Romanae elequentiae
habetur et qua scripturae latinae atramentantur .i. scri- 10
buntur. asena hoc est notaria, quae tantum littera pro
toto sono contenta. semedia hoc est nec tota usitata
nec tota inusitata ut monta glosa .i. non saltus, gil-
mola hoc est gula. numeria, quae proprios habet nu-
meros ut nim hoc est unus, dun duo, tor tres, quur 15
quatuor, quam quinque, ses sex, sen septem, onx octo,
adnim nouem, ple decem, quod dictum de plenitudine et
sic nimplexi usque plasin XX et orasin XXX, quur salim
XL usque bectan C, et plasinus cophin mille et re-
liqua. metrofia hoc est intellectualis ut dicantabat .i. 20
principium, sade .i. iustitia, gnoutilbea fortitudo, ter
dualitas .i. coium ueneratio, brop pietas, rip hilaritas,
gal regnum, fal religio, glip nobilitas, mors dignitas,
fanre cognatio (f. 32^r), ult honor, gabal obsequium,

6 octava || 9 qm || 14 ppos || 17 Vñc (?) || 18 nimplexi || 19 rf ||
24 in marg. inf. legitur uli.

blath lux solis, merc pluuiā, pallias et mox gab pax,
 pin aqua et ignis, spat longeuitas. ex his rebus totus
 mundus gubernatur et prosperatur. lumbrosa hoc est
 perlonga, cum pro uno usitato totus uersus scribitur ut
 5 gabigayrum. besingal fitelon hoc est legat. biroc hoc
 est utile parentem linquere non est. belsabia hoc est
 peruersa, cum casus nominum modusque uerborum trans-
 mutat ut legibus hoc est lex et rogo hoc est rogate.
 bresina hoc est spaciosa, cum unum multa usitata signi-
 10 ficant ut sur uel campos uel spado uel gladius uel
 amnis. militana .i. multimoda, cum pro uno sono usi-
 tato multi ponuntur ut pro cursu gabon sualin rabat
 sclon. spela hoc est humillima, quae semper res terrenas
 loquitur ut sabon hoc est lepus, gabal hoc est uulpes,
 15 ganzagrus lena gallina. polema hoc est figurata, quae
 tractat de superioribus ut allipha pro anima, spiridon
 pro spiritu, nepote pro uirtutibus supernis, sanamia
 pro unitate dei alti.

II. FRAGMENTUM MONTEPESSULANUM.

DIFFERENTIAE SERMONUM EX EPITOMIS UIRGILII.

Aliud est dici non debet, dici non oportet. oportet
 20 tere enim de oportunitate diriuatur; debere autem ex
 insolubili debito. unde et si dicis non oportet, non
 tam fieri omnino interdici quam opportunum non esse
 ostendis. cum autem dicis non debet, indebitum si
 umquam fiat. aliud est dicitur, locutus est et dixit
 25 mihi. loqui enim immorosioris eloquentis est; dicere
 autem simpliciter communiterque ad omne dictum re-
 fertur. dicunt quoque aliud esse uolo et cupio. uelle
 enim quadam suaui ac legitima uoluntate intellegitur;
 cupere autem immoderate cupiditatis est. inter bellum
 30 quoque et praelium et certamen et pugnam non paruam

1 grab || 4 plonga || 9 ē s. l. || 11 seno || 13 sep || 15 q || 19
 deb&7 || 25 immorosioris (i₂ ex o) || 29 capere.

esse differentiam adfirmant. prelium enim nonnisi in proelio hoc est in pelago effici potest. quod ideo praelium nominatur quam prae ceteris clementis quadam immensitate inundando etiam et deundando quendam admirationis praelatum habent. bellum autem nonnisi in 5 belso hoc est in campo agitur. belsum enim ab hoc dicitur, quod belsa plurima quae sunt gramina profert. certamen autem a certo loco hoc est receptaculo exercitus diriuatur. pugna iaculationes suas pugilles suos utrobique pugines iectant. dicunt etiam quod alia sit 10 plebs alius populus. plebs enim haec erit, quae plenis agris domibusque omni substantia redundans per hoc nec belli perucax nec doctrine exstat efficax. populus autem ex pope hoc est ex fortitudine uel manuum uel sensuum sic appellatur. unde Honoratum reprehendimus 15 gramaticum qui canit 'plebs in bello congregata est' et alio loco 'uerus inquit poeta', sic ait. hoc quam stulte locutus est, cum hoc dicere debuit 'uerax poeta'. uerus enim ad naturae tantum ueritatem refertur; uerax autem dicitur qui nequaquam mentitur. consumptio ad 20 defectionem, consummatio uero ad perfectionem pertinet. EX EPITOMA III et V. Tenebra cum dicitur quaedam in die ferrugo id est caligo accipitur et excepto accusatiuo singulari per omnes casus declinatur. at tenebrae densissime profundissimaeque noctium ob- 25 scuritates sunt. sol in utroque numero flecti non prohibetur sed singulari numero sol ipsum luminare erit, at soles ipsos dies nominamus, in quibus sol totum inluminat polum. nonnulli tamen ueteres ipsa carmina soles nominauere sicut Oratius in principio cuiusdam 30 uoluminis taliter exorsus est: soles meos omni ecclesiae uestrae commendo. sunt multa nomina quae duplici declinatione gaudent ut materies materia, temperies temperantia, caluities caluitia caluitium, segnities segnitia, laetities laetitia, requies requia, facies facia. sed his 35 multa distantia est. segnitia frigoris, laetities subiti beneficii est; laetitia familiaris, requies a labore refrigerii est, requia ociositatis est, facies ipsa superficies

est, facia similitudo in pictura. origo originis initium est, at origo origonis neutrum est et est uelum nauis et habet in plurali numero origona. cantarus animal est, cantarus cantara dicimus domuncula conclauium
 5 domus, domicilium nidum auis. diluuium inundatio immoderata aquae, deluuium sanctificatio est. inter operationem et opus et operam hoc interest quam operatio singulorum est, opus generale est omni officio; opera autem singulari numero laboriosa sollicitudo est quae
 10 praecipue animam cruciat. EX EPITOMA VI. Inter nomen et pronomen hoc interest quod pronomen comparatione carens personam habet ut ego tu ille; nomen autem persona abiecta comparationem recipit ut carus carior carissimus. legimus flecti mei uel mis sed mis
 15 dicitur nisi de ea re quam mihi ab aliquo repromissam spero euenturam, mei autem de ea re quam ad praesens possideo. EX EPITOMA XI. Quid interest inter uerbum et sermonem et sententiam et loquelam orationemque. uerbum est omne quod lingua profertur et uoce. sermo
 20 autem cuius nomen ex duobus uerbis compositum est hoc est serendo et monendo comptior ac diligentior. sententia uero quae sensu concipitur. porro loquela est quoniam cum quadam eloquentia dictionis ordo protexitur. oratio est quando usque ad manuum artem
 25 describendi orat prius sermo praeueniat. In IIII. epitoma. male quidam loquelas in elocutione intelligi uolunt cuius loquele per .e. et .l. unum scribendae ad perfectam pertinent eloquutionem. In VIII. clamo clamoris simplicis est. conclamo simul cum multis est,
 30 etiam acclamo cum falso aliquem accuso sicut Cicero de proui prassio ait 'solis innocens acclamationibus punitus est'. reclamo aliquem exeuntem uocitans, inclamo et succlamo murmurandi est, proclamo laudandi uel depraecandi exaltatio. declamo rethorizando, ex
 35 clamo quando pro uiribus uocem eleuo. salto gaudium cum quodam membrorum motu praetendens sed in com-

positione littera mutatur ut exulto quod est in uoce
 prolati gaudii, insulto inrisitationis est iniuriose. per-
 sulto cum per aures etiam longe adstantium sonitum
 penetrare facio. resulto cum alte respondeo. consulto
 prudentis consilii est dispositio. testor aliquid con- 5
 firmans sententia. contestor cum quadam auctoritate
 affirmans. protestor manifeste cauenda denuntians. ob-
 testor aliquem ad testimonium uocans qui sit dignitate
 uel auctoritate eminens. detestor aliquid execrandum
 respuens. iuro iuramentum uerum cum quadam iuris 10
 iurandi confirmatione testificans. periuro iuramentum
 falsitate polluens. adiuro maiorem potentiam obsecrans.
 pono simpliciter aliquid statuens. dispono aliquid operis
 inpensoris uel consilii factururus. est etiam disponere
 foederis ineundi, propono nonnumquam ad interrogan- 15
 dum pertinet, appono adiectionis est. inpono insinuendi
 est, superpono autem aliquem censum uel laborem. VI.
 cuicumque indicens propono aliquid praeferens sic et
 antepono. nam postpono alias inferius iudicans. com-
 pono orandi aut eloquii aut artificii est. sepono sepa- 20
 randi, suppono aliquid subtus inducens. depono labe-
 factandi est uel uita excedendi. EX EGLOGA X. Inter
 uerum et uero duae sunt distantiae: una quia uerum
 praepositiui ordinis est, uero subiunctiui: alia quia
 uerum causaliter pro tamen habetur, uero expletionem 25
 suae tantum stationis accipitur. frequenter causales pro
 rationalibus et copulatiuae pro causalibus poni solent;
 sicut Cicero 'uos uicistis et dii uos iuuerunt'. quo-
 niam pro tamen ponitur. sicut donatiuas praetorius
 sic fatus est 'quamquam me accusent, quoniam ego 30
 auctoritate fidens omnium probra temno', hoc est omnia
 tamen temno. quoniam si duo uerba circa se habeat
 subiunctum priori faciat Sulpicio scribente 'iurabant
 quoniam debellabant', hic est ordo ideo debellabant
 quoniam iurabant.

35

III. FRAGMENTUM MEDIOLANENSE.

HIC SECUNTUR ETHIMOLOGIÆ VIRGILIUS PRESBYTER
HISPANUS.

Caelum dicitur quia quaedam grandia archana
caelat. philosophorum peritissimi uocant altum caelum
ut diximus. sed altitudinem et profunditatem numquam
significant. denique mare siue quicquid infra terram
5 est positum altum nominatur. sicut senex donon in-
menso dolore superatus corporei mali noctem uelut
longissima fastidium sustinens. ac solito languentium
more diem euenire desiderans, tamquam si aliquid
requiei corpori foret allaturus, tali praecabatur modo
10 'obsecro uos o alti quicumque estis, emittite ad me
solem intra lucere, diem protinus allaturum'. terra,
eo quod pedibus teritur, sed aliter separatur, quia
ra portatrix ut genitrix in latino philosophicę. unde
naues quae portant rares dicuntur. ter igitur ra dicitur.
15 primo quia ex ea nascimur. unde ex humo homo di-
citur. secundo quia ex eius fructus alimur. tertio quia
in eam laeto soluti uelut in matris uuluam recondimur.
mare ab amaritudine dicitur, ab hebreis aquarum col-
lectus. a philosophis ex duobus componitur uelut mag-
20 na res. nulli mortalium nota. stella destillando. astra
de uariaetate picture aster quippe apud philosophos
pictor dicitur. situs de situ altiore. uolucer a ueloci-
tate. auis ab auis hoc est desertis locis. bestia de
besu, hoc est ferocitate. belua marina dicitur. bel
25 enim mare a philosophis uocatur. caro a caritate
cogitationis. corpus a corruptibilitate naturae dicitur.
sed hoc de nomine. caeterum si omne quod uisui patet
corpus dicitur, requirendum est, unde appellatur pus.
pus in latinitate philosophica custodia. sicut origenius
30 dicit 'positis in pure fratribus solus euasit'. hoc est in
carcere. corpus ergo a corona circumdandi, et a cu-
stodia retinendi dicitur. caput a capacitate sumendi.

oculus ab oculendo. auris ab hauriendo auditum dicitur. pectus a philosophica latinitate cum additamento .s. scribitur ex eo quod spectat ad cordis secreta. unde lucanus, quando as pectore colitant cogitationes. sed nos pectus a pectinando, id est discernendo cogitamenta. 5 unde in modum pectis cuiusdam etiam uisibiliter compactum est. unde et quae in pectore male cogitantur peccata dicuntur. ubera nonnisi mulierum dici debent ab ubertate lactis. si quis in uiris ubera uoluerit nominare, uirilia erunt, qui humores inundanter exuberant. 10 philosophi uirtutem et cursum. mán. et pén. uocauerunt. quorum nominum per omnes casus numeros genera monoptata declinatio est. a mañ ergo hoc est uirtute manus appellatae sunt et a peñ pedes, quod a cursu est. labia ex labore loquendi. aeneas meus 15 super nomen aliud intellegit. ob hoc inquit labia uocantur, quia cottidie per uerba in uitium labuntur. lapis de lapsu. sed altius lapides dicuntur de sua lampaditate, quia ex eis lampades igitur accenduntur. unde et lapides preciosi ex insito sibi splendore. saxa in- 20 mania et immobilia. petra de duricia. omne enim durum et indomatum apud ueteres petrum uocabatur. quod quaecumque nomen ut uerba. secundum propinquitatem non sonauerint secundum sensum et consuetudines scripturarum intelligenda sunt. menses a men- 25 sura. ueteres a mensa. eo quod communem mensam omnibus suis fructibus faciant. unde et iemales non menses dici, sed spatia uolunt. gloria ex eo dicitur, quia alti quique ut sunt dii apud philosophi glories dicuntur. sed cercius gloriam a glorificatione laudis 30 dicitur. hoc sciendum quod omnia pene apud ueteres aliat dicebantur et nunc apud nos aliat habentur. ex quibus est gratia quam esse dicimus quod gratis et sine precio accipitur. illi gratulam dicebant a gratulatione. nos dicimus brachiam ex bracho. bra- 35 chium enim in latinitate philosophica fortitudo dicitur. illi uero protentorium uocabant ab eo quod protenditur. nos dicimus dentes quod edent. ut dent lo-

quele est fortationem. illi ruminos uocarunt quia cunctos rodiunt cibos. Aeneas dentes mandulas dici melius arbitratus est ex eo quod mandunt. hic idem mihi dicebat cum ab eo inquirer quid esset natura: 5 o fili, scito quod uniuscuiusque rei natura est, in qua nascitur et sine qua omnino subsistere ac uiuere non potest, sicut homo sine actu auis sine uolatu piscis sine natatu.

VIRGILII MARONIS
EPISTOLAE.

N = codex Neapolitanus n. 34.

PRAEFATIO.

UIRGILIUS MARO IULIO GERMANO DIACONO SALUTEM. In Graecorum legimus historiis uatem quendam Tarquinium con Persas exstitisse, qui quicquid uaticinatus fuisset tabellis et codiculis inprimebat, donec euentus ipse probaret; quo completo scripta prodebat. inter quae quoddam mirabile prophetauit arcanum, quod quia adhuc non uidebat inpletum usque ad mortem nulli uoluit ostendere. uerum pene ipso die, quo uitae finem fecit, unum ex suis uocauit discipulis adsignans ei tabellam et dicens: *heu me, heu me, o fili, quia haec scripta nondum inpleta sunt! felix et beatus erit qui in illis uixerit temporibus, quibus haec complenda erunt, quae in hac uisione continentur.* haec uisio talis erat. uidi ait uatis immensum flumen de caelo fluens alto, et hoc flumen uinum erat. alium quoque riuulum uidi e terrae manantem petris, et hic riuulus tum orto iubari solis raptus est [ille riuulus] obuiam flumini ab alto labenti, et collecti in unum fluuii uinum effecti sunt; et unum erat flumen et riuum implens ac tellurem, in quo innumeri agni et uituli ludebant, bibentesque ex eo inebriati epithalamion canebant, et eorum audita uoce caelum ac terra pariter laetata sunt.

INCIPIT PRAEFATIO MARONIS N || 2 tarquinⁱum N || 3 eon N || quicquid^z N || 5 probaret (> m. al.) N || 8 di+e N || 16 manentem N || 18 post collecti ras. 2—3 litt. in N || 20 ludebant (lu corr. ex vi) N || que] quae N || 21 ephit^halam^{iū} N || 22 letata N.

Haec eadem uaticinatio in his nunc temporibus uidetur esse completa, cum sole illo non temporali orto, sed uero et perhenni filio dei, flumen illud uineum scripturae caelestis cor hominis hoc est totius humani
 5 generis laetificantis omni influxit terrae: cui aquae ri-
 uulus id est philosophiae id est eloquentiola, quae et ipsa uinum effecta est, scripturae ammixta caelesti, in quo flumine uituli et agni ludunt, iuuenes scilicet et pennati sensibus ouantesque epithalamion cytharae ac
 10 si modolatu congruenter apteque decantant, nuptiales scilicet seratissimorum cantus conuiuiorum ponentes: quorum uoce audita caelum et terra spiritales scilicet et carnales homines gaudent et gratulantur.

Quorum unus, gratissime ac dilectissime frater
 15 Iuli diacone, scripturae diuinae et caelestis doctrinae iocundissimo inebriatus uino paruum quoque hunc ri-
 uulum philosophicae sapientiae in tantum bibis, ut etiam eorum, qui ab initio fundati orbis philosophicis florere eloquiis ac sensibus, non solum aequiperator,
 20 sed etiam praecessor exstiteris. unde perscrutatis per-
 lectisque omnium philosophorum libris omnes eorum controuersias prudenti et gnoto corde concoquens ob-
 scurissimas et difficillimas quaestiones diligenti inda-
 gatas examine ad me uelud ad iudicem certissimumque
 25 limitum atque uiarum indicem, multis epistolis dirigere dignatus es, non quo ego omnium peritissimus sim, sed quo quasi ad sodalem tui uniusque fidei consortem fiducialius habueris de huiusmodi quaestionibus mira dirigere.

30 Inter haec maxima in tuo animo sedit causa, ut de VIII orationis partibus, in quibus plurimae quae-

3 perhenni *N* || 7 ammixta (*d m. al.*) *N* || 9 epithalamion
 cythrae *N* | 10 modolatu *N* || aptaeq̃e *N* || nuptiale *N* || 12 spiri-
 tali *N* || 17 philosophiae *N* || 19 equipperantur *N* || 22 contra-
 versias *N* || ignoto *N*; gnoto] = gnaro *cf. ind., nisi praeferas*
 ignito || 23 indagatos *N corr. Mai* || 24 uelud (*l eras.*) *N* || 28
 fiducialius] fiduciale ius *coni. Mai* || 31 VIIIto orationibus *N*.

stiones diuiso a plerisque modo et sentiuntur et leguntur, mea praecipua in explanando fieret diligentia. unde et ego, quia orationis partes octo sunt, octo quoque in uno licet epistolas uolumine digerere dispono: quod etiam in XV epistolarum Affricam missarum uolumine 5 ad Fabianum puerum meum peritissimum ac docillimum, tunc gentilem, nunc autem fidelem baptismo purificatum, eodem scribendi more fecisse memini.

Quod forsitan aliquis miretur, quod insolito more epistolarum sermonem unius epistolae modo insimul 10 dumtaxat missae sub unius titulo libelli composuerim. quisquis hoc facto mouetur, meminerit Lassii purissimi oratoris, XVII interpretationum epistolas sub uno tempore unoque stilo ad unum eundemque petitem destinauerit, non quo ille petitor illam epistolarum 15 numerositatem postulauerit, sed quo et leuamen sui operis et lectorum commoditatem depulso ut fieri solet inmotabilis lectionis fastidio adquisierit. sicut namque hii, qui longa uiarum spatia mensuri iter suum quibusdam mansionum limitibus ac terminis leuant, 20 lassitudinem longi quodammodo iteris temperantes, et urbem uel locum, quo eundum sit, minore ut ita dixerim labore perpendiunt, certi quod una die tanti temporis iter conficere non ualebunt nisi per callium lineas et quosdam requietionum modos laboriosi itineris onus 25 deposuerint: ita etiam hii, qui inmensum scribendi opus arripientes et de pluribus rebus ac quaestionibus suum composituri sermonem, quod nonnisi librorum frequentibus explicitorum finibus sequentiumque initiis laborem suum temperauerint, ne sibi ipsis in scribendo 30 et lectoribus fastidium sint in perscrutando generaturi,

1 sentiantur *N* || 4 degere *N* corr. *Mai* || 5 in Africam *Mai* ||
XVII

13 oratoris] qui *add. Mai* || septemdecim *N* || et uno *N* corr. *Mai* || 16 postolauerit *N* || 18 atquisierit *N* || sicut (s corr.) *N* || 19 qui] gui *N* || 22 eundum] u₂ ex a *N* || 23 perpendiunt *N* || 24 callum *N* || 25 laborosi *N* || honus *N* || 29 initis *N* || 30 ne] et *N*.

ut renouatior secuta esset natura legentis uicissitudinibus, librorum suorum frequenter diuisa intercapitant opuscula; legendorum de nouo uelut alterius recentis operis exordia uerborum pro accendendis sensibus com-
 5 tius facundiusque componunt.

Haues ogduades orationum partes octenis me expositurum tibi que missurum: tuum, carissime frater, ut tuis inremissis ad dominum fundendis orationibus iuues, ut non solum in opere praesenti sermonis mihi.
 10 tribuat opportunitatem ille qui prae cunctis hominem loqui animantibus rationabilem fecit, uerum etiam in omnibus actis meis mensuram capissendae ueritatis et fidei normam, qua credi et obsecrari debeat, clementer elargiatur. quod tuis precibus, sanctissime Christi
 15 minister, me non dubito obtenturum: ut qui in una Christi militia tertium ecclesiasticae dignitatis obtines gradum, in tribus diuinae unitatem substantiae personis coaeternaliter subsistentem, ut misericordiam consequar aeternam, mea pro infirmitate et inpetrare dig-
 20 neris. uale. gratia tecum.

1 ren^ouati^or sicut ÷ N || 4 accedendis N corr. Mai || 5 facundis^vque N || 6 haues] hās (=habes) N sequitur ras. 2 litt. || 7 tuum] est supplendum || 8 fundandis (di ex corr.) N || 16 militia (i, ex a) N || ecclesiastice N || obtines (ex obtenes) N.

I. DE NOMINE.

Primam, frater carissime, de arte nominis expositionem, quae prima est, edicturo, tuis petitionibus satisfacere cupienti uidetur mihi per cassus singillatim sermonem primitus esse faciendum. de nominatiuo cassu. primus cassus est rectus, nominatiuus uocatur, 5 qui in quibus syllabis finiatur, sciri debet, dicentibus quibusdam in tres tantum syllabas nominatiuum cassum finiri semper debere, quibusdam uero e contrario in sex. hinc quaestionem contradictorum inquisitio reperiens ad meam paruitem tuam sagacissima, quae in 10 diuinis uoluminibus sat est approbata, uoluit dirigere. quid igitur facturum sum utrisque existentibus emulis utroque possit latere amico, inter eorum iurgia placere compulsus?

Duae scholae sunt in tota Europa, in quibus haec 15 controuersiae maxima feruntur ex parte, schola Terrentii et schola Galbungii. Terrentius asserit tres tantum ut dixi syllabas esse, in quibus nominatiuus cassus finiendus sit excepto comparatiuo gradu, ubi *or* syllaba quoties excipitur, tres haec syllabae consuetae 20 sunt *us a um* per tria genera antiquitus constitutae: amplius his recipi omnino non posse adfirmat. et econtra Galbungus in sex syllabas nominatiuum cassum finiri

EXPLICIT PROLOGUS. INCIPIT ·I· VERGILII (V et R corr.)
 EPISTOLA etc. N || 2 educturo N¹ corr. m. al. || 3 patifacere N¹
 corr. m. al. || cassus (a ex u) N || 4 nominatiuus N || scire N || 7 syllabis
 N || 9 huic N || repperⁱens N || 10 sagit tissima N¹ || 11 abprobata
 N || erigere (i ex e) N || 12 quod N corr. Mai || 13 fort. placare || 15
 eurupa N¹ || 16 contraversiae N || 20 hae Mai || 21 as N corr. Mai.

debere exhortatur *us a um* ut *doctus docta doctum*,
 deinde in *es* ut *facies*, deinde in *as* ut *uoluntas*, deinde
 in *e* ut *omne*. opinioni nos credere oportet, at non
 solum huic opinioni credimus, uerum etiam in has
 5 easdem syllabas multa genera exeant, sicut in *us* duo
 genera, masculinum et neutrum ut *mancus* et *impus*.
 sed graeca nomina omnem generum syllabarum regulam
 corruerunt.

Multi de nominatiuo casu multa scribere; sed hoc
 10 inter cetera maxime requisisti, cur masculinum et fe-
 mininum et neutrum dicendi in usu habemus. quidam
 simpliciter dixerunt, quod masculinum hoc esse debuit,
 quod secundum habitudinem corporis ostenderetur et
 ita femininum ut *uir* et *mulier*, *taurus* et *uacca*, *aries*
 15 et *ouis*, *canis* et *cata* et cetera animalia. omnes autem
 res materiales ut *lapides* et *arbores* et siqua sunt simi-
 lia, neutralia dici debere censuerunt. inde dicebant
hic uir et *haec mulier* et *hoc lapis* et *hoc arbor* et *hoc*
cera et *hoc panis* et *hoc domus* et *hoc manus*. moneo
 20 itaque te, o frater carissime, ut quamuis non hac nunc
 consuetudine scribendi utamur, tamen quia hoc aput
 ueteres pro recto habeatur, siquid forte huiusmodi
 scriptum repperieris, licet non ad indubitatam auctori-
 tatem refferendum putes, tamen quod a ueteribus usur-
 25 patum est, reprehendere omnino non debes. uerum-
 tamen haec tria genera propter discretionem quandam

9. *Ars an. Bern. 82, 27*: Virgilius Assianus dixit ad Iulium
 diaconem: hoc inter cetera maxime requesisti — neutrum in
 — habeamus — masculinum hoc — vaca — cada — matiriales
 — neutraliter — unde — manus. 15. *Exc. Bern. 192, 29*:
 Omnis autem — neutraliter — unde — manio (moneo corr. m. 2)
 — te frater . . non hac non . . utimur . . . apud . . . habebatur
 sedq; forte . . . reppereris . . . referendum . . . quia
 veteribus . . . non debes omnino.

3 in e] in as N || opinione N || ut N || 4 etiam] quod add.
 Mai || 5 multas N corr. Mai || 9 multi] nolui Hartel || scribere]
 fort. scribsere || 12 quos N corr. Mai || 17 deberet N, debere
 corr. Mai || 26 quendam.

a gnaris et prudentibus philosophiae artificibus apposita sunt, ut sub his nominibus generum discretus quidam ordo dictorum sententiarumque describi facilius possit.

Sed quia de nominatiuo cassu dicere disposuimus, quaestio nobis ingeritur, cur uni nomini nominatiuus 5 singularis cassus repperiatur duplex, cum per omnes cassus una eademque sit declinatio ut dicimus *sepe sepis* et *seps sepis*, *Cebes Cebitis* et *Chebs Chebitis*, item *preces precis*, *prex precis*, *sedes sedis* et *ses sedis* et cetera. hoc maxime propter metrorum necessitatem pedumque 10 mensurandorum ac temporum positionem accipitur. hoc tamen sciendum, quod quoties dicatur *sepes*, lapidum ostendatur materia, cum autem scribatur *seps*, lignorum semper erit. sic cum dicis *preces*, inpudica et procax erit et malae rei maxime postulatio, at *prex* ad bonam 15 semper partem dirigetur. sed *sedes* cum dicatur, simplicis et qualiscumque loci est, cui quis insideat, ast *ses* alterius compositionis altiorisque loci ad sedendum parati, quod graece dicitur *thronus*: unde et qui in eo sedet *thors*, hoc est rex, nominatur. 20

Sunt tamen quaedam nomina quae duas per omnia declinationes habere noscuntur ut *laetitia laetamen*, *uocatio uocamen*, *praesagium praesagimen*, *fundamentum fundamen*, *monimentum monimen*, *calciamentum calciamen*, *examentum examen*, *stramentum stramen*, *fir-* 25 *mamentum firmamen*, *species specimen* et cetera. immo hoc addimus quod tres uel quattuor declinationes plerisque nominibus eueniant sicut est *laetitia*, *laetities*,

7. *Ars an. Bern. 107, 33*: Sciendum est autem quod multa nomina hi ostent nominativus singularis cuius repperitur duplex, cum per omnes casus — *sepes sepis*, habes *ebis* et ^h*ebis ebitis preces precis* et *prex precis sedes sedis* et *ses sedis* et cetera — accipitur.

8 *chebes* (e₂ ex i) et *chebs* N || 9 *prex* N || 13 *materia* N || ^{spes}*seps* N corr. m. al. || 15 *male* N || 21 *quedam (ubique fere)* || 22 *laetistamen* N || 23 *pressagium* N.

laetamen. sed quaedam eorum discretionem habent, quaedam uero propter solam inuentionem scribi dicuntur; quod tamen a plerisque doctorum fieri omnino posse negatur, adfirmantium nullum penitus nomen aut
 5 uerbum aut aliquam orationis partem immo nullam pene syllabam aut literam scribi non ratione plenam uel quadam sui proprietate potuisse. nos denique cum dicimus *laetitiam* iocunditatem animi significamus stabilem et quodammodo perennem, et *laetitiem* si dica-
 10 mus, subitam esse intellegimus, et *laetamen* gratiam cuiusdam additae gratulationis indicamus.

Est etiam *uesper*, *uespere*, *uesperum*, *uespera*. hic cassus nominatiuus quadruplex est; cuius deferentia hoc erit, quod *uesper* quidem dicitur quotiescumque sol nubibus aut luna ferruginibus quacumque diei aut noctis
 15 hora obtegatur, et hoc neutrum ut *uesper uesperis uesper uespere*. at nominatiuo *uespere* uocatur ab hora nona sole discessum incohante; sed hoc nomen declinationem nullam habet. *uesperum* autem est cum sole
 20 occidente dies deficit, et sic declinatur *uesperum uesperi uespero uesperum uespero*. *uespera* est, cum lucis oriente aurora nox finiatur: etenim sicut dies noctis successu *uesperum*, sic et nox diei exortu *uesperam* habet, et sic declinatur *uespera uesperae uesperam*

12. *Quaest. gramm. cod. Bern. 123 p. 178, 24 (Anecd. Helv.):* Virgilius omnia haec demonstrat dicens: Est etiam *vesper* — *vespera* *vesperum* hic vero — differentia haec — tegitur — neutrum est quod et *vesper uesperis* facit. at nominatiuus — descensum inchoante et hoc declinatione caret. *vesperum* est dum — *uespero* et reliqua. *uespera* est — finitur et sic declinatur *uespera uesperae uesperae* et reliqua. *hic locus Virgilii nomine omisso legitur in prima cod. Bern. 286 pagina s. X (teste Hageno):* obtegatur — cum sole — aurora monstratur etenim sicut dies successum noctis *vesperum* habet sic — habet et est primae declinationis etc.

6 rattice *N* || 9 perenne *N* corr. *Mai* || 11 addite gratulationem *N* corr. *Mai* || 12 *vesperā* *N* || 16 obtegatur (*a* corr.) *N* || 18 discessit/// inc^hoante (*h eras*.) *N* || 19 sol *N* || 23 exorto *N*.

uespera. cauendum est tamen, ne aut *uesper* aut *uesperum* aut *uespera* pluralem numerum habere putentur. unde miror quomodo quidam procacissime ausus sit dicere *uesperes*; et non solum pluralem numerum contra omnem ordinem rationemque confusibiliter adsumpsit, 5 uerum etiam genus ipsum corrumpit pro neutrali masculinum ponens. sed huiusmodi uiri nomen, quia nobilis est et satis clarus et multis forte eius displiceat infamia, manifeste prodere nolo, praesertim cum hoc confessus sit non solum audaciter sed et temerarie se 10 dixisse et faciem suam in sinum meum porrexerit. sed de hoc uiro satis sit dictum. ceterum in nominatio cassu scribendo multi superflue et corrupte uel addunt multa uel minuunt, ut est *brachium*, cum hic *h* scribi non debet. multi etiam dicunt *fillius* pro eo quod sit 15 *filius*: sicut Maceronto graecus discipulus, monens nondum integrum discipulos, immo monere audens et ut rectius dicam corrupens *fillius* inquit *meus es tu*. et miror unde *l* addidit in nominatio cassu singulari, cum in plurali numero sicut decet scripserit *moneo uos*, *fili* 20 *mei*. dicunt etenim *cerus* pro *ceruus*; et sic tamen declinant *cerui ceruo* et cetera; et tamen peregrinum tamque barbarum est, ut unde allatum est, intellegi non possit.

Nunc de genetiuo cassu. omnis genetiuus cassus in *i* literam terminatus, dubius est, aut enim longus 25 aut brevis est: longus qui in *i* duplicem desinit ut *bracii*, *fili*, *gobii*, brevis qui in unam terminatur *i* ut *docti*, *stili*, *domi*, licet nonnulli aestiment hunc cassum quotiescumque in *i* terminatur, debere longum fieri; nos naturam syllabarum et temporum in hoc opere non 30 discernimus, sed simpliciter disserimus quomodo cassus ipsi ponendi sunt. non enim quia genetiuus cassus produci dicitur, idcirco per longitudinem temporum etiam

1 *vesperat* *N* || 10 *temerariae* *N* || 13 *superfluae* *N* || 15 *fil^lius* *N* || 16 *macedo* inter graecos discipulos *coni. Hartel* || 17 *aud^uens* *N* || 21 *c^erus p^eceru^us* *N* || 22 *tamquam* *N* || 24 *ca^su* *N* || 25 *ductus* *N* || 27 *bra^uccii* *N* || 28 *dom* *N* || 29 *quocumque* *N*.

foni extensionem, nisi ubi uel *i* duplicata fuerit uel *e* inspirata, faciet. nam genetius in *ae* diptongon finitus producit quidem naturas, sed nisi *e* duplicetur, sonum non extendit. omnis genetius cassus, in *is* aut in *us*
 5 finitus, breuiare semper debet; licet nonnulli putent omnem procliuem cassum genetium non habere, sed in hoc cassu defectium, ut dicatur nominatio *haec manus*, datiuo *huic manu*, ita tamen ut genetium pluralem non ammittant.

10 Requististi etiam cur in Galbungi scola <*i*> addi solet in genetio cassu *doctii*, cum in nominatio sit *doctus*. haec causa fuit. Mitterius quidam Spaniensis uir, cui ut uati credidimus, hic ut libuisset in uersibus utrumque licere indubitabili affirmatione testabatur ut
 15 *doctus doctius, sanctus sanctius, uerus uerius, perfectus perfectius*, et ita in genetio *doctii, sanctii, uerii, perfectii*. hic ergo senex (et ualde senex) ad meam noctu uenit domum; quem cum gratantissime suscepissem, ait ad me *o fili, interroga me si quid cordi est, et ego*
 20 *boni uice hospitii refectabo te*. et ego ad eum aio *habeo quod te interrogem: sunt quaedam consimilia quae discerni a me non possunt, quae alii nomina alii pronomina alii aduerbia et cetera, quae tu ipse et propone et absolue, quia ego et interrogare non arripio*.

25 Tum ille uelut quodam spiritu afflatus prophetari inquit: scio, *fili mi, quae sit cordis tui quaestio. sunt etenim nomina, quae et aduerbia hisdem litteris esse manifestum est, ut una una, tria tria*. haec ergo discretio erit, ut quando nomen sit, prima syllaba producatur,
 30 *nouissima corripiatur; quando uero aduerbium prima syllaba correpta nouissima producat*ur. sunt etiam pronomina et aduerbia, quae litteris hisdem esse

1 foni *c. gl.* *i*·voci *N* || extensionem] aestimemus *add. Mai* || 3 duplicetur (*e ex i*) *N* || 4 omnes *N* || 6 proclivem *c. gl.* productum *N* || casum *N* || 7 dicat *N* || 8 ista *N* ita *Mai* || 11 docii *N* *corr. Mai* || 14 indubitati *N* *corr. Mai. cf. ind.* || affirmationem *N* || 16 sanccii *N* || 19 ait (*i* *corr.*) *N* || 22 s. alii *N*, alibi *Mai* || 25 uelut (*l* *eras.*) *N*.

dicuntur, nisi sono discrepauerint, ut hic hic. sed si emendatius et melius scribere uis, aduerbium per duo i caraxabis, ut hiic. sunt etiam quae uerbis similia pronomina, ut ego ego, is is, quis quis, tui tui, tibi tibi. sed si uerbum sit ego, prima syllaba producet, ut ego, 5 quod est uiuo.

Sed hoc indagandum inter haec tria uerba similia quali discrimine discernenda sint *ago, ego, egeo*. cum ergo scribis *ago*, in praeterito tempore *aegi* cum aspiratione diptongi scribito, *ego* autem diptongo careat 10 et sic declinatur *ego egis*, et praeterito tempore *egi* breuiatum: sed syllabam nouissimam extenderis, omni errore carebis, sicut si in praedicto *aegi* primam syllabam produxeris, rectissime facis, praesertim cum diptongum habeat. cum scribas *is* uerbum, semper pro- 15 duces ut *eo is*, sicut a *queo quis*. at cum scribas pronomina literis *<is>* eius, *quis cuius*, has monosyllabas semper corripito. et cum scribis *tui* pronominaliter, priorem syllabam producere debes *tui*; cum autem imperatiuo modo actiui uerbi scripseris *tui*, sequentem 20 syllabam producta est. est autem hoc uerbum *tuo, tuis, tuit*; et est sensus *clare aspicio*. at si de tutela dixeris *tueor, tueris*, secundae coniugationis erit deponens uerbum. sic *tibi*, si scribis datiuo cassu pronominis finiti posteriorem syllabam *tibi*, si uero imperatiuo modo 25 actiui illius uerbi scripseris, quod est *tibio*, priorem syllabam acuere debes. *tibio* enim hunc sensum habet *citharizo*: *tibia* enim quoddam cantandi genus est.

Est etiam uerbum et aduerbium hisdem literis caraxari solita ut *esto esto*: nam *esto* neutralis uerbi 30

29. cf. *Exc. Bern. 199, 3 et Leid. f. 74*: Est etiam . . . isdem craxari (crassari *L*) imperativus modus — necessario

2 per] *p N* || 3 ^a *ra^x*abis N* || huic *N* || 10 diptongo (*h corr.*) *N* || 16 ^a *queo N corr. Mai* || 17 *is add. Mai* || monosyllab^a *N* || 21 *tuis tui N* || 22 *aspitio N* || tutela] *tustella N* || 25 posteriorames *N* || 28 *cit*^h *arizo N* || *tibi*^a *N*.*

imperatiuo modo tempore futuro est, cuius syllaba prior acui debet. si uero aduerbium fuerit *esto*, prima syllaba correpta posterior necessario acuetur. est autem sensus huius aduerbii *esto* hoc est *recte* secundum illud
 5 Galbungi *esto* inquit *uiuunt*, quia mundi flaccida luxoriamina contempnunt, hoc est *recte uiuunt*. est etiam *esto*, quod pro *forsitan* accipi solet: pro aethereo iuuante *esto* Romani uincere postero ualeant tempore, hoc est *esto* pro *forsitan* posuit. *sua sua sua* nomen et pro-
 10 nomen et uerbum. nomen *sua* est femininum hoc est *domus*, in qua scolastici uiri *sua* apte ac suauiter scripta uel dicta componunt. est etiam uerbum *sua* primae coniugationis actiuum, hoc est *suade* secundum illud Ciceronis *suade* inquit *uiri fratres, ut paci sint Ro-*
 15 *manae*. hic Cicero inuentuosissimus est in omni arte, ut in prouerbium ueniret apud omnes philosophiae auctores: *non legit qui non legit Ciceronem*. *sua* ergo pronominis circumflexe utraque uocali producta: at nominis *sua* breuis utraque uocali fiat, ita ut media u
 20 per duarum uocalium synalypsam non modo corripitur, uerum etiam pene extinguatur. sic de *suo* sentiendum est. sed quia cum de genetiuo cassu dicere coeperimus, alio cursu et quasi in aliam regionem noster hic sermo deuenit, ut aut sententia sententiam impedire uideretur,
 25 idcirco de genetiuo cassu pene satis sit dictum, ne longa dictio modum uoluminis excidat.

Uerum de genetiuo plurali pauca dicamus. omnis cassus genetiuus in *ium* terminatus syllabam multas

(necessaria *B*) — etiam — inquit quunt (*q*; unt *B*) et reliqua hoc est recte vivunt (quiunt *L*) est — solet etherio (*petherio* *L*) cui tanta esto Romani vincere postero ualeant (ualeunt *L*) tempore hoc est esto pro forsitan posuit.

3 necessarior *N* corr. *Mai* || 5 flaccida *N*, flaccidam *Mai* || 6 luxoriam ina *N*, ita corr. *Mai* || 7 f. ethenio hic esto *N*, ex testimoniis locum restitui || 9 inter sua sua et sua quid distet requir *N* in *mg.* || 12 prime *N* || 13 suabte *N* || 18 circumflexi *Mai* || 22 ceperimus *N* || 24 aut] fort. ita.

regulas multasque causas habet. enimvero praeter originalem illam quam trito omnes sermone et oratione locuntur, id est cum ablatius cassus singularis in *i* finit, sic ex aliis ergis genetius in *ium* plurali finiri solet, cum uel in duas semiocales nominatiuus fuerit 5 terminatus, quae sunt *ns* et *rs*, et ablatius cassus in *e* desinuerit ut *mons*, *ars*, *sors*, *mors*, *prudens*, *sapiens*, *ingens*; et ablatiuo *monte*, *arte*, *<sorte>*, *morte*, *prudente*, *sapiente*, *ingente*. non ergo debet dici ablatiuo *ab hac arti* uel *monti*, licet et hoc quidam corruptissime dixerint. et genetiuo plurali sic dicendum: *montium*, *artium*, *partium*, *mortium*, *prudentium*, *sapientium*, *ingentium*. tertia autem additur regula, ob quam ablatius cassus in *e* et genetius cassus in *ium* finiatur, cum generis feminini nomen in *e* correptam ablatiuo cassu 15 desinuerit, ut *ab hac clade*, *ab hac ciuitate*, *ab hac uirtute*, *ab hac urbe*, *ab hac fame*, *ab hac mole*, *ab hac quiete*, et genetium pluralem in *ium* mittunt ut *cladium*, *ciuitatium*, *uirtutium*, *urbium*, *famium*, *molium*, *<quietium>*. haec de genetiuo. 20

Nunc datiuus cassus quid ostendat, ex eorum sequendum est regulis et uerbis, qui de singulis artium rationibus lege et adsidue sicut didicerunt ita et tradiderunt: *datiuus* inquit *cassus uernaculatim uerbum neutrale demonstrat*. sed tamen non per omnia uerba 25 nec cassus haec regula seruanda est, si specialibus inuentibus, consuetudinibus rationibusque seruit, acsi dicas *placeo tibi*, *displiceo tibi*, *gaudeo tibi* et similia. datiuus cassus in *i* semper acui debet, excepto illo cassu qui quattuor syllabis numeratur, ita dumtaxat ut in 30 nominatiuo tres syllabae sint positae ut *potestas*, *ciuitas*, *pietas*, *claritas*. si autem dissyllabatus fuerit nominatiuus cassus singularis, et utraque syllaba breuis

1 § multas *N* || 2 f. sermones et onorẽ et locuntur *N* || 4 sit ex alis *N* || *ium*] i *N* corr. *Mai* || 5 vocales semi *N* || 20 *quietium add. Mai* || 22 *regalis N* || 26 *regula corr. ex regale N* || 29 *cassum N*.

fuerit, datiuus cassus posteriori acuetur syllaba ut *igni*, *pani*, *navi*. si uero syllaba nominatiui cassus prior acuta fuerit, datiui cassus posterior corripitur ut *cladi*, *fami*. si uero nominatiuus cassus monosyllabae fuerit
 5 illius dumtaxat quae natura longa fuerit, illius prima syllaba in omni cassu acuenda est et reliquae syllabae corripiantur.

De datiuo autem plurali et ablatiuo multi diuersa sensere, maxime cum in *is* syllabam terminatus fuerit.
 10 etenim ueteres nostri nos ita docuerunt, ut nullus ablatiuus cassus in *is* syllabam terminatus produceretur excepto cum per duo *i* scriptus esset ut *radiis*, *copiis*, *gaudiis*, *brachiis*, *gladiis*, *gobiis* et ceteris: at *scolis*, *stolis*, *globis*, *modis*, *uerbis*, *donis*, *populis* et ceteris,
 15 omnia huiusmodi uerba ablatiuo corripī semper debere censebant. ceterum nouis scolis superuenientibus alia sententia superuenit. dicunt enim nostri, quod omnis datiuus et ablatiuus cassus pluralis in *is* syllabam terminatus longus semper natura sit. quid ergo facturi
 20 sumus et quid ponemus discriminis inter illum ablatiuum pluralem, qui per duo *i* necessario productus est, et eum quem natura longa esse metrici affirmant? hanc regulam ponamus, ut omnis datiuus et ablatiuus cassus pluralis, qui in *is* syllabam terminatur, si in nominatiuo cassu ante nouissimam syllabam *i* producta fuerit
 25 ut *filius*, *gladius*, *gobius*, *filia*, *gloria*, *sapientia*, ablatiuus cassus uel datiuus pluralis duo *i* semper habeat et producte dicatur *filiis*, *gladiis*, *gobiis*, *sapientiis*, *gloriis*, *brachiis*, *gaudiis*, *colludiis*. si uero nominatiuus
 30 cassus *i* ante nouissimam syllabam non habuerit et ablatiuus cassus uel datiuus in *is* fuerit terminatus, non duobus *i*, sed uirgula tantum aut solo sono accentuque producemus hos plurales cassus hoc modo, ut *bracis*,

1 fuerint *N* || 2 nominativus *N* || 3 acuata *N* corr. *Mai* || 8
 dtm *N* || 11 his *N* || 12 scriptū *N* || 23 omnes *N* || 26 ablativos *N*
 || 29 bárchiiis *N* || culludis *N* (etiam in marg.) corr. *Mai* || 32
 sonū *N* || 33 f. braciis globiis *N*.

globis, caluis, machiris, machinis, donis, tabernaculis
et cetera.

Nunc de accusatiuo cassu. uidetur mihi accusatiuus cassus inter ceteros aliquid habere cuiusdam praelatiuae firmitatis, sicut et inter ceteras uerborum significationes actiuum uerbum: unde et nonnulli ueterum [estimabant] accusatiuum cassum uerbo actiuo nonnisi de genere masculino sumi omnino debere statuebant. cuius quaestionis solutio haec erit. genus masculinum dicitur omne quod firmum est: unde et fortes feminae dicuntur <uiri>. unde et Rithea Nini regis uxor suis clientibus dicebat *nolite me dicere feminam quia uir sum*. hoc autem dicimus ut sciamus quid sit accusatiuum de genere masculino. hic accusatiuus cassus est, qui non graecus sed latinus, non dubius sed fortis et stabilis: etenim graecus accusatiuus tam incertus est et tam obscurus, ut utrum sit accusatiuus an alius, nonnisi per uerbum agens facile possit agnosci: unde et multi nostrorum pro explanandis cassuum declinationibus latinam regulam in Grecis extorquere uoluerint. regula autem accusatiui cassus latini haec erit, ut quotiescumque in *m* fuerit terminatus (propter illum accusatiuum quem sepe et trito diximus sermone, id est illius nominis quod productum *e* habuerit et monosyllabe sit ut *spes spei spei spem, res rei rei rem* et cetera) exceptis inquam his necessario breuietur, at in *os* finitus, excepto si *i* ante habuerit, producat.

Sed quia tam multi non modo de accusatiuo cassu, sed de omnibus cassibus in metrorum demensione tractarunt, ego ad finem huiusce tendens epistolae, quaestionem quam nonnulli non facilem praeterierint, ut difficilem atque obscuram euentilare utcumque conabor. miror ergo quomodo *caelum* nunc in scholis Latinorum neutraliter singulari numero declinetur et in plurali

* 6 significatines *N* || 9 his aecerit *N* || 10 femininae *N* || 11 viragines *add. Mai* || Erithea *Mai* || 12 cliventibus *N* || 19 declinationis; *N* || 31 non] *fort.* ut, facile *con.* *Mai*.

masculino, cum hoc ueteres nec habuerint in usu nec omnino audierint. nulla enim ratione defendi potest, quod sola tantum consuetudine obtentum est, sed hic mos modo in toto pene terrarum orbe ualet, ut relictis
 5 rationibus ueritatis sola consuetudo pro uero teneatur. sed ne longum facies sermonis fundamentum, caelum aput ueteres neutraliter nubium globum significat, qui solem lunam stellasque caelare solet, et habet in plurali numero *caela* Sufphonia Hebreo scribente *tene-*
 10 *brosa caelant caela caeli claraque consurgunt sidera.* *caeli* autem summi habebunt in singulari nominatio *caelus* masculino genere; sicut et noster Cicero canit *caelus ille eleuatus uisu carnalium caret.* qui caelus, quia a celsitudine diriuatur, aspiratione dignus erit:
 15 at *celum* quod de *celando* dicitur, diptongicam habere non poterit dignitatem. omne ergo nomen uno semper genere potietur et numquam in aliud ex alio transibit. denique et in hoc errant, quod *sibilus sibila*, *tartarus tartara* dici duplici et ut ita dicam dubio posse genere
 20 nostrorum plurimi arbitrantur. nam *sibilus* aëris erit uel serpentis uel foliorum, et habet in plurali numero *sibili sibilorum*, et reliquos omnes cassus. at *sibillum* neutraliter hominis dicendum est, quod trifario solummodo cassu contentum est ut *sibila sibila sibila*, reli-
 25 quis numquam in usu habitis. sic etiam cum dicitur *tartarus*, omnis locus generaliter fragosus ac difficilis aditu, masculino genere pluraliter dicentur *tartari*, et reliqui solito more cassus: *tartarum* autem neutrale, quod solius inferni est, in plurali numero habet *tarta*
 30 *tara tartara tartara* reliquis nondum receptis. sed hoc fine cludenda epistola est.

4 urbe *N* || 12 caelum *N* || 20 roris *N* corr. *Mai* || 22 ad *N* || 25 habetis *N* || 27 addita *N* || 29 habet (e ex i) *N* || 30 nodum *N* || 31 cuidenda *N* || est] expt *N*.

II. DE PRONOMINE.

Nisi forsitan nostrum opus claudicare putaretur, si non etiam pronomini sua epistola fuisset reddita, et tibi desiderii tui aliqua portio subtrahi uideretur, uelim quidem de pronomine magis contisciscere quam aliquid dicere, praesertim cum tam multi de hac orationis parte multa et clara uel opuscula propria uel ceterorum operum loca haec eadem occupata descripserint, sed et ego ipse in epitomis ter quinis numero proprium pronomini indixerim opusculum. uerumtamen ne in illud Glengi incedam, quod cuidam conflictum fugienti dicere fidenter ausus est *gurgo inquit fugax famulo dignus est*, pauca tibi tui negotii necessaria de pronomine profabulor. 5 10

Primum in ordine pronomen finitum est *ego*, <de quo> tam multi innumeras uentilabant quaestiones, inscrutantes quomodo et qua ratione tam desimilibus literis idem pronomen compositum sit, ut dicatur *ego mei*, quod pleri iurgium ita docte sedare uolebant, ut adfirmarent *ego* inter monoptota debere semper adscribi, ut in omni numero genere et cassu *ego* singulariter diceretur. Terrentius *ego* inter defectiua credidit iudicandum, ut scilicet excepto solo nominatiuo nullum cassum haberet. utrique tamen concordia hortamine definitoque edicto dicebant pro *ego minus* accipiendum 15 20

13. *Exc. Bern. p. 195, 2*: Primum . . . de quo tam . . . uentilabant quaestiones quomodo . . . dissimilibus litteris id est . . . quodque iurgium ita doctores . . . ut in nomen nostro . . . definito . . . si ita cur . . . littera seruat ordo//sic . . . non dubitantur esse . . . ut sit rite . . . receperunt . . . plurali . . . retulisse — grande — extrinsecum (*corr. m. 2*) quae secundum — vel suorum quod — scribitur.

INCIPIT SECUNDA DE PRONOMINE || 3 subtrahit *N* || 3 f. t inquit *N* || 4 magis *N* || 7 descripserint *N* || 8 ephethomis *N* || 11 fabulo *N* at cf. *Aldhelm. p. 95 (ed. Giles)* || 13 f. de quo *ex B supplevi* || 14 innumeris *N* || uentilant *N* || 16 pronomini *N* || 17 docte] *fort. = docti* || 21 nomine *N* || 23 definitoque *N* || minus (e eras.) *N*.

esse et sic declinandum *mius mei* uel *mis mihi me o a me*. quibus Galbungi auditores e diuerso resistentes dicebant *si ita est, cur non etiam plurali numero litterarum seruetur ordo, sed sic declinatur nos nostrum?*
 5 alioquin multa admodum sunt, quae cum litterarum ordinem <non> seruent, sensu tamen sententiaque conuenientia esse non dubitantur. simili ergo modo defendendum est hoc pronomen rite ut sit declinandum, sicut plurimi recipiunt *ego mei* et pluraliter *nos*
 10 *nostrum*.

Quam quaestionem cum ad meum Aeneam retulissem, ac diutina diei gande de hac eadem multa uoluerimus, ad extremum ita intulit, quod secundum Galbungi suorumque sententiam *mius mei mihi* rectissime scribitur. uerum *ego* sicut *nequam* et cetera
 15 declinationem per omnes cassus unam tantum habere declinationem multa auctorum lectione indubitabilium credere compellimur Seruilio scribente: *agrum ego rapuerunt*, hoc est dicere *mei agrum rapuerunt*. et
 20 iterum Galbungus quidam ueteranus in Indiae partibus constitutus, in clausula cuiusdam sui operis sic fatur: *num ego debitam, fili, fraudabis mercedem? ego pro mihi* posuit. Virgilius quoque Assianus in quarto dispositionum in genesin hominis libro sic infit:
 25 *quis ego condidit, ut sic essem?* hoc dicit: *quis me condidit?* Sarbon quoque pater Glengi in Rigadis re-

5. *Exc. Bern. p. 194, 28:* Verum ego . . . agrum mei rapuerunt (*ad hunc locum Petrus Daniel haec margini adscripsit:* In lib. Aurati sic habetur: Fuerunt quidam qui uoluerunt scribere *ego* pronomen inter pronomina ut pro omni casu acciperetur sicut fas nefas *nequam* quidam pro *ego* *mius* dicebant nominativo mei genetivo Servilio teste: *agrum ego rapuerunt*, hoc est dicere: *agrum mei* pro genetivo; Virgilius quoque Assianus: *quis ego condidit ut sic essem pro quis me*).

3 sita N || 6 non *add.* || 8 promen N || trite N || 12 di^u tina, ac N || 13 ita ita N || 14 meus (e *ex* i) N || 20 india N || 21 constitutis (i *ex* corr.) N || 22 dubitam N || 23 posui N || 26 Glengi N.

ginae cantico: *digna ab ego laudari carmento mirabili*
 hoc est *a me*. et ne pluralem quis *ego* habere uideatur
 negare, exempla passim inuenta ponemus. Latomius
 condiscens meus in quodam quereloso carmine sic fatus
 est: *ego quid simus acturi, quibus agri sunt direpti?* 5
ego hic pro *nos* positum est. Fassica quoque femina
 tam sapiens et tam scolastica, ut nomen eius usque in
 diem quo orbis erit certe sine dubiis celebretur, hoc
 inter cetera usa est exemplo: *patres ego tradiderunt*
omnia quibus utimur peritiae instrumenta, hoc dicere 10
 mihi uidetur *nobis tradiderunt patres*. Sarricius quo-
 que Ciceronis pater: *quid inquit ego uita carpitur?*
 hoc est dicere *nostrum uel nostri uita*. sed de his
 satis ista sufficiant, nam et de ceteris eadem possunt
 intellegi. 15

Uerum Galbungus et Terrentius quattuor-
 decim diebus totidemque noctibus in contentione man-
 sisse refferuntur tali, ut si *ego* uocatum cassum haberet
 aut non haberet, ex omnibus doctorum ueterum tradi-
 tionibus approbarent. Terrentius rennuebat uoca- 20
 tium cassum *ego* habere, qui cassus uocatiuus secundae
 semper personae adiungi debet, *ego* autem ad primam
 personam semper pertinebit. Galbungus etiam huic
 pronomini uocatum cassum accidere posse adfirmavit,
 in eo praecipue loco, ubi sub interrogationis modo 25
 uerbum primae personae haberetur, ut si dicas *o egone*
recte feci uel dixi? sed hic uocatiuus id est *ego* absque
o et *ne* adiumento circumpositorum exstare non potest.
 haec cum ad Aeneam quaestio me internuntio reffer-
 retur, ita eam uerissime euentilauit, ut quia *ego* primae 30
 personae nomen est, et uerbum primae personae impe-
 ratium modum non habet, cui accusatiuus cassus semper
 annectitur, tunc tantummodo hoc pronomen uocatum
 cassum retineret, cum sub interrogationis modo dice-

only when

1 laudar *N* || 5 ^a egri *N* || 7 tam] tum *N* || 8 fort. certus ||
 duduf *N* || 14 easdem *N* || 23 Ganbungus *N* || 28 etare *N* || 29
 refferetur *N*.

retur o *egone recte feci uel locutus sum?* plurali tamen numero uocatiuum cassum inueniri, in dubium nulli uel contententium parti uenire potest, ut *nos o a nobis*, praesertim cum imperatiuus modus etiam primae personae plurali numero flecti soleat. cum enim dicis *nos dicamus*, *nos* hoc loco uocatiuus cassus esse potest, licet et nominatiuus esse non negetur. sed de hoc pronomine satis sit dictum.

Hoc tamen pronomen conpositiones duas recipit, 10 uel cum ipsum illum duplicatur ut *egoego*, uel cum *met* syllabam recipiet ut *egomet*: sic *tutu*, *tumet*, *sese*, *semet*. est et quaedam quaestio in pronominebus difficilis et solutionem satis indiga: nam cum dicimus *meus tuus suus* et in plurali numero *noster uester*, 15 quaeritur quam tertiam personam huc ponere debeamus? negant quidam tertiam personam in hoc loco sumi penitus oportere. nonnulli pro quodam solatio scribingentium ac legentium tertiam personam illam, quam in singulari numero posueramus, id est *suus*, communem esse diffiniunt, ut dicant sic: *meus tuus suus noster uester suus*, quibus nec credere nec omnino discredere licenter audemus, maxime cum nullam rationem hoc loco inueniant, qua seruant tertiam personam nec iterum resumere inreprehensibiliter posse uel debere. 20

9. *Ars an. Bern. p. 140, 15*: Item Virgilius iterum de pronominebus conpositis dixit: ego pronomen finitum conpositiones duas recipit . . . syllabam recipit. 12 *Ars an. Bern. p. 137, 27*: Sed hic aliqua questio oritur, ut Virgilius Maro dixit: cum dicimus *meus tuus suus noster vester* queritur . . . hic ponere debemus plurali numero. nulla enim ratio in hoc loco inuenitur, qua tertiam personam iterum resumere inreprehensibiliter posse uel debere quis dicat. nonnulli tamen pro quodam solatio scribingentium ad legentium . . . quam in singulari numero posueram, id est *suus* communem esse definiunt inter singularem et pluralem numerum ut . . . *suus*.

9 recepit *N* || 10 f. cum et *N* || 14 meas *N* || 18 f. quam in singulari numero *ex arte an. Bern. recepi*, p quā plim *N* || 19 posueramur *N*.

Est pronomen, de quo dubitatio magna habetur, utrum finitum an infinitum sit ut *iste*. nonnulli etenim infinitum esse cum quadam diffensionis suae auctoritate hortantur ut *ego iste, tu iste, ille iste*; quod tamen in nostris lectionibus non tam prompte 5 nec parate in usu habitum repperimus. uno etenim tantummodo in loco hoc legi, cum Cato dixerit *ego iste qui locutus sum*, quod utrum recte an secus posuerit, non est iudicii mei decernere aut definire, cum tam multa sit et copiosa latinitatis totius re- 10 gio et ut ita dicam pelagus inmensum, ut discerni omnino diuersitates ipsius et nouae adinventiones et incognitae, ut putantur, a nemine ad liquidum possint.

Sunt qui putant pronomen *alium* genetium casum 15 habere, quod putatiue potius quam rationabiliter usurpatum credendum est. nonnulli enim ita declinandum rentur hoc pronomen: *alius alius ali*. multi etiam ita declinant: *alius ali alio*. nonnulli commentabantur *alius alis* siue *alionis*. sed haec omnia ex nulla certa 20 auctoritate poterunt adprobari: neque enim Ciceronis, Donis, Catonis, Uirgili Assiani aut illius Troiani aut Galbungi uel Terrenti aut alicuius ceterorum, qui de artibus multa opera fecerunt compte et pulcherrime scripserunt, dicta depromere ad firmandum hunc 25 cassum ualebunt. de hoc ergo pronomine ista sententia seruanda est, quod genetium cassum habere non potest.

Sunt pronomina de quibus ambigitur utrum pronomina an aduerbia intellegi debeant ut *eccum ellum*. 30 sunt pronomina quibus declinatio affectatiua uel commutatiua asseritur ut *cuius cui cuio*. scio et *cuia cuiae* et *cuium cui*. sed haec declinatio non ad auctoritatem

4 ortantur *N* || 5 promte *N* || 6 habetum *N* || 10 negio *N* ||
 11 pylagus *N* || 12 nolle *N*, multae *Mai* || 15 pronominalium *N* ||
 19 non alio nulli *N* corr. *Mai* || 22 troeani *N* corr. *Mai* || 24 et
 ad *N* || 31 commutatitia *N*.

refferenda est. est etiam pronomen secundum utrumque numerum per quattuor cassus declinandum, duos scilicet nominatiuos cassus et singularem et pluralem, duos aequae accusatiuos ut *nostras nostrates, cuias cuiates*.
 5 sed ut haec eadem ueracia esse exemplis adprobemus, Donatus in quodam carmine ita composuit dicens:

*nostras omnis familia,
 nostrates quoque pecora
 euadant imminentia
 hostilium pericula.*

10

Gabritius quoque *nostrates* inquit *salutate fratres, quia et nostrates uos undique salutant*. Terrentius quoque in quarto dispositionum grammaticarum libro tale prohemium edidit: *cuias gens et cuiates populi*
 15 *litteris tam prompte dediti sunt quam Tusci, quorum natura fertur ab infantiae annis sapientiae studere soli et nihil aliud amare quam semper philosophare?*

Sunt pronomina quae prompta et cognita esse uidentur, sed in aliis cassibus deficere putantur ut
 20 *solus, totus, alter alterius*. sed si quis sese omnibus latinitatis lectionibus intendat, manifeste inueniet omnes cassus horum pronominum rite declinari ut *solus solius soli solum a solo*, et pluraliter *soli solorum solis solos a solis*. quamquam nonnulli genetium cassum
 25 pluralis numeri in pronominibus non recipiant *solorum totorum alterorum*, uerumtamen legere me nec raro nec in incertis auctoribus memini hos casus trite

1. *Ars an. Bern. p. 136, 13*: Item Virgilius de his pronominibus dixit: sunt pronomina secundum utrumque numerum, quae per quattuor casus declinantur, ut *cuias cuiatis* et nominativo plurali *cuiates* et *cuiatia* et accusativo plurali *cuiates*; sic etiam *nostras nostratis* et *nostrates nostrates*. 7. *Ib. p. 136, 18*: *nostras . . . euadent ostilium . . .* Garrinus quoque gramaticus incit *nostrates salutate . . vos salutant tertius . . cui agens . . qua prompte . . ab infantia usque ad canitiam sapientie soli studere . . philosophale (corr. ali)*.

3 nominativus *N* || 4 cuius *N* || 5 ueratia *N* || 9 eadant *N* ||
 12 quid *N* || nos *N* || 22 site *N*.

et plane declinatos: sicut in Quintiliano legi, qui erat computarius dierum et mensuum et lunae et solis *totorum* inquit *mensium* quibus in sese reciproca successione reuoluitur annus, supputatio perdifficilis est et intellectu egens diligenti. et infra: *solorum* inquit in- 5 *dustriorum uirorum bella quis narrabit?*

Sunt etiam qui *plures* aestimant in pronominebus accipiendum, quorum opinioni nec multum defidimus nec nimium fauemus. sed quae incedit quaestionem prout potuerimus explicare temptabimus. multi *plu-* 10 *ribus* singularem numerum negant inueniri posse, sed sic declinari: *plures plurum pluribus*. requirendum sicque est, si haec pronomina sunt, quare comparationis gradus a multis recipere dicuntur, cum pronomen comparationem habere non potest, maxime cum *pluriores* 15 a quibusdam scribantur, quod comparatio gradu dicendum est. unde manifestum est haec nomina magis adiectiua esse quam pronomina, praesertim cum etiam superlatiuum gradum habere dicantur ut *plurimi*. sed numerus singularis in hiis nominibus non facile in- 20 uenitur, nisi in neutrali genere, dicatur enim *plus*. praeter quod nominatio cassu dictum singularis numeri flexio deficit. quidam dicunt *plus* ad tria genera pertinere, quod non mihi uidetur esse usitatum.

De pronomine quidem satis fuisse aestimarem, nisi 25 quia *plures* ex nobis quaestiones uolunt iactare, quid inter *illice*, *istice*, qualiter articulata a pronominebus distant, quare ipsa articula sic uocantur. *ille*, ut ferunt, famosi intellectus siue in bonam siue in contrariam accipitur partem, sicuti Aeneas rethorum et gram- 30 maticorum poetarumque peritissimus doctor, Aeneam

1. *Clem. exc. 29^b*: In Quintiliano sonorum (*sic*) et totorum inveniuntur. ait enim ita solorum industriorum quis n. b. item q. erat inquit cōpotarius dierum et totorum mensium.

1 Quintiniano *N* || 5 agens *N* (*an ex aegens?*) *corr.* *Mai* || 8 accipendos *N* || 9 quae *N* || 12 f. sique *N*, siquidem *Mai* || 16 comparativo *N* || 18 adiecta *N* || *post* pronomina, *ēē* *N* || 23 defecit *N*.

Troiae bellatorem laudans *felix* inquit *ille Aeneas qui decies uictor Troia fugit incensa atque in Indiam pergens quinque continuis proeliis annis uitam bellando feliciter finiuit.* in malam etiam partem quod ille accipiat⁵ur, manifestum est ex ipsis Isceni cuiusdam Affricani sermonibus, quibus uituperat Donatum quendam auarum uirum: *quid faciet* inquit *ille Donatus auarus in propriis, cupidus in alienis, fur uorax?* huic, quod subostendit, licet alio itinere, uolumus edocere inter
¹⁰ *cupidum* et *auarum* quid intersit; *cupidus* namque est qui cupit semper augere; *auarus* autem qui congregata retentans nulli largitur. *iste* cuiuscumque communis ac uilioris licet habetur personae.

De articulis autem nonnullorum diuersa sententia
¹⁵ est; tradunt enim quidam ob id aut articulata iudicari, quia cum ipsis nominibus una flectuntur ut *hic homo, huius hominis.* quod si ita est, eligant utrum omnia pronomina articula uocent, quia in declinatione cuncta nominibus ipsis adherere possunt, an uero nullum ex
²⁰ articulis excepto *hic* in articulum recipiatur, quia cetera possunt semotim declinari, praesertim cum et *hic* separatim sepe ausculitemus. ista sunt *hic is quis qui tu se*, licet se nominatiuum cassum careat. unde et mihi uerius uidetur, quod nostri adserunt, omne pro-
²⁵ nomen monosyllabe articulum dici, quod maxime Cicero adsentitur. articulum manifeste diminutiuum est deante, unde et multis uidetur tunc articulum dici, quando monosyllabe fuerit ut *hic quis is*, et hoc figurae simplicis; cum autem compositum fuerit, <pronomen> ut
³⁰ *quisque, idem, hicce.* haec de articulis.

Pro dolor! sane et omni miseratione dignum est, quod multi haec articula secundum ordinem corruperunt: nam quae subiunctiua esse debuerunt, praeposituiua fe-

1 troeae N || 2 qui] quin N || incensace N || 3 continuis N ||
 6 donativum N || 12 communis N || 14 anticulis N || 15 iuderi^{ca} N ||
 18 pronome N || 22 sculitemus N || 25 mono dissyllabae N || 29
 compositum N || pronomen add. Mai.

cere: et econtrario quae praeponi oportuerat, inlegittime postponuntur secundum Gallienum in quadam epistola scribentem: *sciat hic in sese uindicatum*. debuit enim dicere *hic sciat*. Rectum quoque prauissime scribens ita affatus est: *is erat uir ualde bonus et maxime prudens*. oportuit eum, si cerebri sui compos fuisset, ita componere *erat is ualde bonus uir*. hoc in pronomi-
 nibus fecere, quod etiam in copulatiuis contrario modo sepe posuerint, quorum ordinem corrumpentes
que copulatiuam coniunctionem proponentes et ordine postposuerint: sicut quidam Gallus noster quidem
 baptizatus contra gentes agens *adorant* inquit *quidem solemque lunam*, cum debuisset dicere *adorant solem lunamque*. Terrentius quoque Terrentii filius contraria uice posuit *uiri mulieres et*, debuit enim manifeste
 dicere *uiri et mulieres*.

Multa habui huiusmodi quae disserere possim, nisi quia perlongum est omnia perscrutari. sicut enim quis uiatorum uia proposita gradiens, si alia semita declinare uoluerit, in non paruas itineris sui incurrit moras, praecipue si festinare proposuerit, ita et qui scribendi officio se dedunt, si operis arrepti iter ingressi alia inter scripta properant, multam in opere suo conperendinationem necesse habebunt incidere in tantum, ut multis interiectionibus occupati, quam potissime
 uiam gradientur, a nonnullis incipiat ignorari. unde et lectoribus multis nasci uideam fastidium, dum longis scribendi circuitibus fatigati cepti sensus iter tandem inueniant. rectissime etenim pedum nomine hominum animi uocantur, qui per campos meditationum sapientiae, siluas quoque difficillimarum quaestionum iter agentes, festinatione semper inmoderata in tantum ut lascescant die noctuque utuntur tanto desiderio accensi, ut sensum, qui latet uel qui differtur, cito inuenire desiderant.

7 eis *N* || 9 quarum *N* || 10 quae *N* || proponentes] praeponentes *Mai* || 11 pposuerit *N* || 19 declinari *N* || 22 offitio *N* || 27 multi *N* || 28 tande *N* || 34 differtur *N*.

Sunt etiam pronomina, quae nonnullis adiecta esse creduntur ut *talis* legatur et *qualis*; quae primae positionis nomina pronominibus non accidunt, uel ex eo quod adiectorum nominum modo declinantur ut *talis talis*
 5 *qualis qualis*, quae consuetudo pronominibus accidere non solet; declinandi etenim genetivus cassus pronominum multorum in *ius* syllabam terminatur et nullius in *is*. denique qui pronominum artem scribunt, hac dubitatione sermonis fiduciam praepediente genera in-
 10 quientes pronominum quod sunt eadem fere sicut et nominum, non audent fidenter dicere, genera pronominum eadem quae et nominum, cum a plerisque doctoribus audiant commune duobus pronominum generibus legitime non haberi, hac causa eisdem adstipulante,
 15 quod ex iis praedictis nominibus, quae sunt *talis qualis*, aduerbia nasci euidenter soleant ut *taliter qualiter*. licet enim ex pronominibus aduerbia uenire dicantur ut *meatim tuatim suatim nostratim uestratim*, tamen nisi adiectis nominibus aduerbia in *ter* syllabam latine exire
 20 rite posse negantur. est et aliam causam, qua haec nomina adiecta potius quam pronomina censeantur, quia neutrale nomen in *e* habent ut *tale quale*. de hiis pronominibus uel nominibus talia dicta sint.

Alia sunt pronomina, quae geminata uocantur ut
 25 *quis qui, quae qua, quod quid*: unde et in ablatiuo cassu habemus *a quo* uel *a qui, a qua* uel *a qui, a quibus* uel *a quis*. quibusdam tamen uisum est *qui* alia declinatione potiri, ut tribus tamen uicibus flecteretur nominatio utriusque numeri et ablatiuo totidem utriusque
 30 numeri. nonnulli contendunt *qui* omni generi quoaptari posse, quippe cum in ablatiuo dicamus *a qui uiro, a*

30. *Exc. Bern. 195, 21*: Nonnulli contendunt — dicam — viro vel — a qui muliere dici deberet — mulierum qui nominis, — huiusmodi.

2 *talitas N corr. Mai* || 7 *multarum N* || 10 *quot N* || 14 *haec N* || 19 *aduerbia inter N* || 25 *quotquid N* || 27 *quibusdam* [quibus *N*, aliquibus *Mai* || 31 *a qui (i ex a) N.* 82 || A. M. M. 12

qui muliere, a qui opere: siue horum sententia stare debet, *qui* per omnem numerum omnemque cassum monoptota quadam declinatione fruetur, ut *qui uir, qui uiri, qui uiro, qui uirum; qui mulier, qui mulieris* et *qui mulieres, qui mulierum; qui nomen, qui nominis, qui nomina, qui nominum* et cetera huiusmodi. quidam separatim utrumque pronomen flecti conantur et sic habent: *quis, quuius, quui, quem, a quo; qui, quorum, quibus, quos, a quibus.* alia uice *qui, quius, quium, o, a qui* et in plurali numero duo *ii* ponuntur, ut *quii* ¹⁰ *quium, quiiis, quuios, o, a quuiis.* sic et *quae, cuius, cui* (qui duo cassus per *c* propter discretionem harum declinationum non secus ponuntur) *quam, o, a qua:* et pluraliter *quae, quarum, quibus, quas, a quibus.* altera uice *qua* et in genetiuo per duo *ee quaeae,* ¹⁵ *quaeae, quaeam, a quaea* uel *a qui, quaeae, quaeorum, quis, quaeas, a quuiis:* et neutraliter *quod, quuius, quui, quod, o, a quo, quae, quorum, quibus, quae, o, a quibus.* altera uice *quid, quius, quii, quid, o, a qui:* et pluraliter *quaeae, quaeorum* uel *quium*, ut melius ²⁰ uidetur, *quis, quaeae, <quibus>, o, a quibus.*

Haec tibi, diacone sanctissime, de pronominis ratione breuiter dicta opportunum sibi petunt finem.

III. DE UERBO.

Antequam ad uerbi explanationem manum mittimus, super qua re in epitomis pridem breuellas licet, ²⁵ uarias tamen addidimus, respondendum reor hiis, qui nos profano et canino ore latrant ac lacerant dicentes nos in omnibus artibus contradicos uideri nobis inuicem, cum id quod alius adfirmat, alius destruere uideatur;

1 mulieri *N* || 10 qui *N* || 11 quis *N* || cuius] quius *N* || 12 discretionem *ēē* *N* || 15 quia *N* || 16 quaeae] quaeaea *N* || quaea *N* || quaeae quaeaea queeam a quaea *N* || 16 f. quaeaanum quis queas *N* || 21 quibus *add. Mai* || EXPLICIT SECUNDA DE PRONOME. INCIPIT TERTIA DE VERBO *N* || 24 adverbii *N* || 25 epitomis *N* || 26 varias] tuar *N*, tutas-regulas *Mai* || 29 adfirmant alios *N*.

nescientes quod latinitas tanta sit et tam profunda, ut multimodis <et> uarifariis explicare sensibus necesse sit. quis enim latinitatem sensatus putet tam angustam haberi tamque artatam, ut unumquodque uerbum uno
 5 tantum fario unoque sensu contentum esse uideatur, praesertim cum latinitatis ipsius genera duodecim numero habeantur, et unumquodque genus multas in sese conplectatur artes.

Unusquisque igitur legentium sanoque scrutantium
 10 sensu (si tamen liuoris nullo torquetur morbo; nihil enim liuens sanum sentire potest, qui dum aliis inuideat, semet ipsum aperto quidem ueritatis lumine fraudat) omnis inquam lector subtili studens animo multimodis latini sermonis uias intentare consideret
 15 inprimis ipsius orationis uim atque naturam, si tamen pro subtilitate atque habundantia considerari a quouam recte queat. deinde multas esse sicut causas, ob quas singulorum inmotatio uerborum fieri soleat: nunc enim necessitatibus, nunc discretionibus personarum,
 20 nunc metrorum compositionibus, nunc eloquutionum ornatibus omnis oratio seruiat necesse est. si quis ergo haec e medio tollere potuerit, quod tamen fieri omnino non potest, hic ualebit in omni latinitate unam eandemque uiam, consuetudinem ac sententiam semper
 25 astruere seruandam. sicut enim uia quidem regia et publica una est, quae ad metropolitanam ducat urbem, multas tamen ex se procedentes habet semitulas, quae quidem ipsae ad eandem perueniunt urbem (nam qui duo quolibet unum iter ingressi fuerint, et unus eorum
 30 per latam et publicam uiam pergere distinauerit, alter uero semitulam quasi compendiosiore^{si} gradi malluerit, nihilominus tamen in eadem urbe conueniunt), ita etiam

2 multis modis fanisfaris *N* || 4 tamque] quamque *N* || uno (o ex ū) *N* || 13 omnes *N* || 16 quoquem *N* || 19 discretionibus (r ex o) *N* || 20 cūpositionibus *N* || 21 seruat *N*, seruiat *Mai* || 27 semittulas *N* || 28 ipsa *N* || 28 qui *N*, si *Mai* || 31 compendiōrē *N* || 32 urbem *N*.

haec de qua tractamus latinitas, una quidem lingua in proprietate sua consistit, multas tamen immo pene tam innumerabiles sententias et orationes habet, quibus diuerso quidem sermonis tramite, unius tamen linguae ueritas adprobatur.

Haec autem ideo diximus, quia cum omnes orationis partes nonnullas apud plerosque dissonantias habeant, multo tamen maiorem in uerbo difficillimarum quaestionum siluam ac dissonantiarum deuia inueniuntur. unde et multa super uerbi explanatione concilia 10 apud Romanos habita esse conperimus, quibus multi et famosissimi praefuere uiri, Iulianum dico et Terrentium, Galbungum quoque et Glengum, et duos Gregorios, Regulum, et Reginum Cornilium, uirum satis eloquentem, graecae et hebraicae linguae 15 promptissimum interpretem, cuius in latino sermone fulgor ingenii tantus erat, ut nihil obscurum relinquere uideatur. qui me quoque et duos filios Iuliani, Donatum grammaticum et Donem prius rethorem simul et grammaticum, postea fidelem modo presbiterum, 20 ad se uenientes benigne ac libentissime suscipiens docuit pleno rethoricam mense artem et alio poeticam et de reliquis grammaticam, et ita anno in conuicto ipsius scolari diei noctisque usu transacto quasi culmen quoddam, omni discipulatu nostro quo ad ma- 25 gisterium summum perueniremus, exigua licet nostra pro mediocritate attigimus partem. quem cum super uerbi statu interrogaremus, utrum uno eodemque modo idem status seruari possit, hoc nobis responsum summa cum exultatione dedit, quia uerbum simile esse debet 30 regi, cuius animi status multi et diuersi sunt: non enim in sedatu et bello uno modo regnat neque in gaudio et tristitia, aliquoties enim rigidum esse, aliquoties

2 penae *N* || 4 sermoni *N* || 7 dissonantias *N* || 13 galbul-
 queque *N* || 14 Gregorius *N* || 19 & donem *N* || 26 exigua *N* ||
 28 unum *N* || 31 anni *N* corr. *Mai* || 33 rigidum (*i*, *ex* *e*) *N*.

mitem, modo fortitudinem regiae potestatis ostendere, modo clementiam et infirmam quodammodo proferre lenitatem. simili etiam modo uerbum multos in sese continet status: nunc enim fortitudinem infirmis largitur, nunc fortibus aufert firmitatem. haec Cornilius, cuius sententias infra subiciemus, cum ipsius uerbi expositionem coeperimus indagari. sed nunc iam praemissa praefaciuncula, quasi quodam apologetico aduersus aduersarios defensi scuto, ad ipsum uerbum stili extendamus manus.

Uerbum pars quidem orationis usitato pene ab omnibus modo et intellegitur et uocatur; a plerisque tamen doctoribus non pars orationis, sed XII partes haberi creduntur; quas per numerum explicare, quia proferre coepimus, necesse habemus. prima pars uerbi, status; secunda, formatio; tertia, ordinatio; quarta, moderatio; quinta, subfiguratio; sexta, adnumeratio; septima, inmotatio; octaua, indagatio; nona, adfirmatio; decima, inchogatio; undecima, praelatio; duodecima, declinatio. has XII partes Cornilius supra dictus Galbungusque nobis plenissime atque explananter edisseruerunt. Terrentius contra quos tauri ceu fronte corniata boans ac resistens dicebat uerbum nonnisi unam solam orationis tenere partem. quod quidem in ipsarum partium, quae octo sunt, numero uerum esse nouerimus; uerum quia uerbum multimodis ac multifarias habet sententias, Terrentium non oportuit contraire doctoribus has XII partes uerbo adscribentibus, quas nisi legittime adprobauerunt, tunc reprehendendi sunt ac discernendi.

Status igitur uerbi hic est, quod omnis dictio atque ratio uel sententia usque ad uerbi locutionem differtur et quodammodo mutificatur. sicut usque ad regis sententiam auctoritatemque nulla populus prope uti potest, nihil loquela, nihil numerositas consiliumque proficit, ita etiam uniuersae orationis partes, licet numerosas

sint et clarae, nisi tamen uerbum adfuerit, infirmantur et nullificantur. unde et status uerbi a nonnullis uirtus nuncupatur. quod uerissimum est, quia et testimonii uirtus in indicatio uel imperatio uel maxime traditur modo, qui duo in uerbi oratione firmissimi dicuntur 5 modi. quidam statum uerbi hunc esse dicunt, cum solum uerbum sine ullo alterius partis orationis adiumento edicitur ut est *lego* uel *dico* uel *dixi*. quod si est, ubi uirtus apparebit, si agere uerbum uisum non fuerit? uirtus enim uerbi actiui non in hoc tantum 10 agnoscitur, quod ipsum uerbum in omni oratione primum loquatur, uerum etiam cum actiuo hereat cassui.

De hoc statu librum elegantissimum supra dictus Cornilius edidit, quem si uolueritis legere, in promptu habetis. ex quo unum tantum sumam uerbum, immo 15 ex uerbo capitulum, in quo status uerbi euidenter appareat. *quare ait status dicatur, intellege: quia in primis praeposterata licet inscriptione dictionum frontibus uerbum statuitur. unde errant hii, qui statum uerbi ideo appellandum putant, quia uerbum per ordinem 20 declinatur: cum enim dicis statum, non ex alio modo, praeter quam stat uel statuatur, intellegi debet. unde et super statu hominis hoc dicimus, quod homo in eo quod coeperit, perseueranter stare uideatur. sicut et* Origines Africanus in quodam uolumine super statu 25 hominis edito sic fatus est: *hominis inquiring status si in cepto permaneat, nihil instabilitatis habebit, sed inmotabilis quodammodo et aeternus aestimabitur.*

Hunc Originem cum Romani legerent (fidelis nisi quia gentilis erat) inter fidelium libros suscipiendum decreuerunt. hunc namque morem ex apostolicorum auctoritate uirorum Romana tenuit ac seruauit ecclesia, ut christianorum libri philosophorum repositi a gentilium scriptis haberentur. cum enim necesse haberent homines in liberalibus saecularis litteraturae 35

8 f. quodsi ubi est N || 25 Originis N || 29 fideles N || 33 repositi *Maius in prima editione.*

studiis nati educatique, ut sapientiae ipsius consuetudinem fideles adhuc retinerent, uidentes ecclesiastici doctores non potuisse eos ab hac quam coeperant intentione deuelli, simul etiam quia maxima ex parte
 5 eloquentes uiri ad componenda ornandaque <scripta> essent celestis et diuinæ sapientiae profuturi, si conuersi ad Dominum et in sua eloquentia permanentes praua ad recta studia uerterent, hoc consultissime statuerunt, ut duabus librariis compositis, una fidelium
 10 philosophorum libros et altera gentilium scripta contineret, ne fidelibus infidelia commiscentes nulla discretio inter munda fieret et immunda, ut si quis uellet gentilis legere, semota haberet. sed haec de hiis satis sint.

15 Nunc de formatione uerbi, quam secundam diximus partem, pauca fatenda sunt. formatio est qua in formas uerba censeamus inclinanda. formae autem usitate quattuor esse dicuntur: sed mihi esse uidetur contrarium, si forma dicatur illa declinationis totius
 20 perfectio, cum forma non ad declinationem, sed ad quandam similitudinis diriuatiuae imaginationem pertinere credenda est. formae ergo sunt euidentēs atque usitatae, quarum prima frequentatiua nominatur; quod in Galbungi scola sumi non erat solitum, sed magis
 25 adiectiuam dicere consuerunt, dicentes eam non literis modo, uerum etiam sensibus adiciendam esse. quidam non adiectiuam sed accumulatiuam uocitarunt: cum enim dicis *uictito*, hoc intellegi das, quasi id dixeris *magis ac magis uinco*. sunt qui frequentatiua forma
 30 sic utuntur, si idem uerbum iterato scribere uoluerunt ut *uinco uinco*: quod quidam turpe putantes, si utrumque uerbum integrum scribant, foede tamen scribendi hoc moderantur modo dicentes *uincinco* et in praete-

1 edocatique N || 5 scripta om. N || 8 prava et N || 9 librariis *Mai*, libris N || 11 infidelio N || 12 ⁱⁿ munda N || 13 gentilis] gentilia *corr. Mai* || semotu N || 17 inclinenda N || 20 formae N || 24 silitum N.

rito *uicici*; et sic *dicico* et *dixixi*, *legego* et *legegi*: quod etiam in primae coniugationis commentatiuo licet modo uerbis conantur astruere ut pro *clamito* et *uocito* habeant *clamamo* et *uocaco*, et sic secundum praeteritum tempus *clamamaui* et *uocacavi*. quod quia nulla ueritate sub- 5
nixum atque suffultum est, non ad auctoritatem sed ad ambiguitatem scribendum est.

Solent tamen nostri pene omnes in suis scriptis et saepe uerba conserere, quae uitioso consuetu tam a ueteribus quam etiam a recentibus scriptoribus in- 10
serta sunt, multas ut reor ob causas: siue enim propter ipsam glifiam, ut scilicet lectores inpediant; siue ut ueniabilius eos excussem propter difficultatis pansuram, uel certe ut hac difficultate audientium ac legentium animos incitent. et hoc modo cum a doctissimis nostri 15
temporis magistris haec usurpata sunt, non solum a praesentibus scriptoribus uelut ad indubitata auctoritatem, uerum etiam a posteris suscipientur. sicut in libro Falangis cuiusdam Lacedaemonici uiri lectum est *scripsero*; quod ad primae coniugationis uerbum 20
pertinere a nonnullis putatum est, quia scilicet temporis futuri coniunctionem modi indicatiui temporis praesentis loco scriptor inposuit dicens: *haec uobis, amici, quasi populi mei filiis, diligenter emando et scripsero*. neque enim credendum est doctum uirum 25
(aiunt) cum copulatiuam coniunctionem interposuerit, non duo praesentia uerba conaffixisse. unde et multi nostrorum maxime Gallorum hoc uerbum primae coniugationis esse opinantur, ut dicant sepe *scripseraui* et *scripserabo* ac *scripserare* et cetera. sic etiam in qui- 30
busdam Gallorum nostrorum scriptis inuenimus *canno*, cum nos *cano* scribere consuemus. denique Bientius quidam epistolarem exercens manum talibus utitur

1 vincici *N* || 13 veni ab illius *N* || 15 animus *N* || 17 indubitam *N* || 18 posteriis *N* corr. *Mai* || 19 lacedomnici *N* corr. *Mai* || 27 conafecisse *N*, conaffixisse corr. *Hartel* || multorum *N* corr. *Mai* || 32 hanno *N*.

initiis: *cannenti domino Seneno. cannenti* posuit. pro *canenti*.

Inchogatiua forma est quae inchogari quidem, sed non finiri uidetur. quidam non inchogatiuam sed defectiuam uolunt uocari formam, quod scilicet temporibus difficiat; quod et ego quoque magnopere adsentior. quidam tamen hanc formam inchogatiuam non ob hoc dicendam putant, quod temporibus difficiat declinandis, cum sepe repperire se dicant *calesco calui*,
 10 *feruesco feruii*, *marcesco marcui*, *liquesco liqui*, *sarcesco sarcui*, *tacesco tacui*; sed quoniam praesentis temporis litteralis declinatio a praeterito discrepare uidetur, idcirco inchogatiuam nominari debere censeunt. quibus ex maiorum traditione facillime respondebimus non esse
 15 hanc rationem ueram, ut ex hiis uerbis quae inchogatiuae formae sunt, praeterita tempora nasci soleant ut *tacesco tacui*. alioquin haec uerba secundae coniugationis, <de> qua dicturi sumus, quod praeteritum tempus habebunt ut *taceo marceo sarceo ferueo caleo*
 20 et cetera, quae procul <dubio> praeteritum tempus habere necesse est. inchogatiua ergo uerba hoc rite dicenda sunt, quae cum declinari praesenti tempore coeperint, praeterito tamen tempore difficere noscuntur.

De his formis uerborum inter Regulum Cappadocum et Sedulum Romanum non minima quaestio
 25 habita est, quae usque ad gladiatorum pene conflictum peruenit. quindecim namque noctibus totidemque simul diebus insomnes et indapes mansere, tribus militibus utrimque sumptis. Regulus enim has formas uerborum
 30 aliis nominibus, aliis quoque intellectibus, aliis etiam quam nos in usu habemus uocitabat rationibus debere intellegi. formam namque frequentatiuam omnibus simul uerbis accedere posse adfirmabat; necnon

1 initis *N* corr. *Mai* || Seneno *N*, Sereno *Mai* || 8 temporis *N* || 13 incogativam *N* || 17 coniugationis] *fort.* essent *add.* || 20 procul] dubio *add.* *Mai* || 21 inchoa *N* || 26 habeta *N* || 28 indap mansere *N* || militibus] milibus *N* || 29 utrumque *N* || 30 intellectus *N* || 31 nos quam *N* corr. *Mai*.

etiam inchogatiuam omnibus coniugationibus temporibus uerbis ministrare dicebat ut *calesco calescui*, et in secunda persona *caluisti*; et tali modo in plurali numero *calescuimus caluistis*. dicebat etiam unumquodque uerbum duas habere formas frequentatiuas uel tres ut *lego lecto legito lectito*; et has tres primae coniugationis esse docebat. formam quoque inchogatiuam dualem esse dicebat ut *calesco calisco, liquesco liquisco, acesco acisco*.

Cui Sedulus Romanus, uir ammodum ingenio acutus atque eloquentia satis floridus, taliter responsum compositissimum dedit: o uir bone ac mitissime ciuis, noli turbare sedata Romanorum scripta, quae ab ipsa latinitatis constitutione inlessa et inconcussa nunc usque perdurarunt. has etenim uerborum formas suis lineis suoque ordine Romana eloquentissima composuere scripta, ut forma frequentatiua certis uerbis accedat. si enim omnibus uerbis eandem formam accedere fidenter asserueris, necesse habebis exempla proferre, quibus sententiae tuae manifestum ostendas probamentum. nulli etenim fas est praeter usitata uerba aliquid eloqui sine exemplo. quis enim sibi uiam orationis finget, quem nulli prius atriuere praecessores? ergo quod dicis tria esse frequentatiuae formae incrementa et inchogatiua bina, planis maiorum approbato exemplis, ut si approbaueris duplicem nobis gratiam conferas: te etenim ueritatis adsertorem monstrabis et nos horum, quae fortasse penitus ignorauimus, expertos facies.

Cui Regulus multa ex ueterum auctoritate praetendens quaedam ex hiis quae dixerat uerissima esse probauit, nonnulla eorum penitus stare non posse, fortissima distructione conuictus est. ex hiis autem, quae uera esse nulli dubitantur, exempli gratia pauca

4 etiam *ex* enim *N* || 6 f. congati *N* || 8 duale *N* || dicebat (i corr. *ex* o?) *N* || 14 incussa *N* || 18 eundem *N* || asserrueres *N* || 22 pingue *N*, pandat *Mai* || 25 f. approbatieris *N* corr. *Mai* || 29 f. praetendaens *N*.

proferemus. frequentatiua inquit forma tres efficientias triaque habet incrementa; primum quod duabus syllabis gaudet, ut *lecto*, quod quidem ex simplici forma paulo obscurius cernitur discrepare: unde et a multis non
 5 tam recipitur, quia formam frequentatiuam adserunt sicut literis ita etiam sensu diuersari debere, immo potius accrescere. sed nos sic dicimus, quod hic *legat*, quod est minimum saltem literas dicere, *lectet* autem qui quod legit intellegere incipit; *legitet* uero, qui quod
 10 legit intellegit <et> alios legere fecit tradendo in arte scribendi, quae legendi asuetudine didicerit; porro *lectitet*, qui omnino legere non desinet. inchogatiuae autem formae uerba utriusque coniugationis esse possunt, ita tamen ut utraque coniugatio alternum sibi
 15 uindicet uerbum. nam cum dicis *florisso*, primae coniugationis esse noscitur ut *florisso florissas*; sic *calisso*, *patisso*, *parisso*. mirantur sane doctores horum in quibus adsumus temporum, quare et quomodo uerbum primae coniugationis non per omnia tempora declinabitur. si enim declinatur, inchogatiuum esse non potest:
 20 nam primae coniugationis uerba per omnia tempora exire posse, faciens lectio demonstrat.

De forma uero meditatiua multi ambigunt utrum penitus esse debeat an non, multis negantibus et aliis
 25 adfirmantibus. duplici etiam nomine hoc uerbum formae meditatiuae utitur: quidam enim meditatiuam uocant, quasi a meditando; quod mihi diligenter indaganti subobscurum esse semper uidetur. nam cum dicis *uictorio*, nescio quomodo ad meditationem pertineat,
 30 quodcumque sensu intellegatur; siue ut nos dicimus *quandoque uincamus*, siue ut quidam *uolo uincere*, meditatio hinc locum non mihi uidetur inuenire. ergo

3 exemplici *N* corr. *Mai* || 8 quod est] est *add.* || minimam *N* || 9 legite *N* || 10 intelligit *N* || 11 dicerit *N* || 12 qui] *q̄* *N* || 13 post coniugationis .τ. in *N*, signum fortasse numeri || 22 faciens *N*, facilis *Mai* fort. recte, nisi paciens praeferas || 23 forme *N* || 25 dupli *N* corr. *Mai* || 27 quid *N* || 32 hinc] huc *N*.

non meditatiuam, licet id consuetudo nobis inuexerit, sed permissiuam an uoluntatiuam dicere debemus. nonnulli inter alios huius formae uerba per omnia tempora secundum primam dumtaxat personam declinare utuntur: quod non mihi uidetur improbandum nec probandum. 5

Tertiam diximus partem esse uerbi ordinationem: cuius in expugnationem paulisper inmorari necesse habemus, praesertim cum de ipso opinio plurimorum tam uaria et tam diuersa sit, ut quid potissimum 10 lectoribus animus appetere debeat, uel ignoretur uel ambigue putatiuum habeatur. ordinatio ergo est, quam coniugationem uerborum consuetudinarie nominamus: nam quod iugum in literis sonat, ipse manifestatim ordo tenet. unde rati sunt maiorum plurimi non coniugationes sed ordinationes scribendas esse. harum autem ordinationum numerum multi tres, nonnulli quattuor, alii quinque uel sex sumentes confudere. nam praeter tres, omnis eorum uacillat opinio, licet quartam coniugationem, siue ut huic in manibus habemus, ordina- 20 tionem <non> adeo refutandam esse existimemus. porro tertiam ordinationem in tres plerique diuidendam putarunt, ut sit prima quae uero producta, ut *audio*, *dormio*; quae uel maxime in his modis uel temporibus facillimeque denoscitur, quae sumus inferius scripturi. 25 etenim non est id quod in mentem modo uenit *lubrica irrepens raptet obliuio*.

Memini me a quodam Lupo christiano uiro Atheniensi in ratione uerborum satis experto, cum illum uerborum difficultum interrogarem <ordinationem> qualiter et quo- 30 modo et qua ratione uariata sit, taliter ab eo edoctum. *uariis inquit, fili, opinationibus non satis credas, quia*

2 an] ac *Mai* || 3 alias *N* || 4 secundam *N* || 5 improbandum] ù *ex corr.* *N* || 5 f. probandi *N* itaque fortasse sic legendum qui non mihi videntur improbandi nec probandi || 11 fort. lectoris || 12 patatiuum *N* || 16 arum *N* || 19 vacellat *N* || 21 non *add.* *Mai* || 28 Atheniensi *Mai* in *I. editione fort. recte* || 29 f. de uerborum—ordinatione *corr. Mai* || 30 ordinationem *add.*

tam multae sunt quam et cogitationes hominum. lege ergo singulorum libros et scrutare et considera et uide quid in eis congruatum atque unanime, ut ita dicam, quidue diuisum ac desentium: et quicquid concors et
 5 *consentium inueneris, hoc suge et in corde tuo ueluti quoddam salubre ac suaue uinum infunde, quicquid autem discors ac desentium repperieris, uelut uenenosum ac toxicum penitus euita. unde et ego hoc inserui, ut in ratione uerborum quaecumque a maioribus ac uete-*
 10 *ribus inserta sunt, libenter suscipiatis. quae autem media sunt et quodammodo in ambiguo posita, hoc nec refutabis nec adfirmabis, et si scriptum audieris, non contendis, utrum ad indubitatam auctoritatem aut ad ambiguum sumatur exemplum.*

15 *Quod autem dicturos nos fore promisimus, hoc est, quod tertia coniugatio producta in specialibus intellegatur modis, hoc est quia primo indicatio modo tempore praesenti persona prima facile dinoscatur, dicis enim audio, hiic i ante o habeat ut lanio, uel propter*
 20 *ea uerba, quae nec tota producta, nec omnino correpta esse repperiantur: recurras ad praeteritum tempus eiusdem modi perfectum, ubi nihil criposcium remansurum est, ut si dicas audiui; dehinc ad imperatiuum modum ut audi, deinde ad infinitiuum ut audire. secundus*
 25 *autem tertiae coniugationis productae hic est, quem in quarta coniugatione suscipere se debere putant ut eo, is, it. tertiam autem partem eiusdem ordinationis, hoc est coniugationem correptam, tertiam esse adfirmant ut lego. sextam autem quam nobis in numerum*
 30 *ordinationum adducunt, nullum omnino sanum suscipere oportet eorum dumtaxat uerborum, quae in um literam finiuntur ut sum, prosum et cetera.*

5 sunge *N* || 7 uininosum *N* || 13 contendit *N*, contenderis *Mai* || 16 specialibus (i, ex i?) *N* || 18 non facile *Mai* || 19 habeant *N* || 22 criposcium] fort. scripulosum || 25 post productae, modus inseruit *Mai*, quod uerbum ex superioribus facile suppleas || 28 tertia *N*.

Super hac re Aeneam aliquando interrogans, audiui ab ipso tale responsum: *discrede* inquires, *o fili*, *et noli summis quidem auribus recipere, si quis tibi suaserit quod ullum uerbum assit, quod in 'um' litteram finiatur, ullius coniugationis; quae res fieri a corruptae mentis hominibus introductum est et his qui nullam ex ueteribus rationem scriptis acceperunt, uolentesque inproba ut certa probare et confirmare. sumebant quasdam quasi coniugationum species, ut alii dicerent secundae coniugationis esse, quia licet in prima persona non more solito in eo exeant ut uideo, certe in secunda persona in es desinunt, ut es. a quibus inquirere debemus utrum futurum tempus eiusdem uerbi in bo aut in bor exire posse inueniant. alii uero firmissime contendunt tertiam esse coniugationem, quia indicatiuo modo tempore praesenti numero plurali persona tertia sunt habet. sed quia omnino per totum uerbum nihil habent, quod tertiam coniugationem ueraciter ostendat, profecto errare eos opinabile est. falsis itaque et commentatiis imperitorum suspicionibus detectis, immo amotis, omne uerbum quod primam habens personam non in o litteram desinuerit, nullius coniugationis esse incunctanter definimus.*

Sane etiam illud quaeritur, quare cum tres ordinationes esse omnium antecessorum doctorumque nostrorum confirmet auctoritas, in unaquaque ordinatione quasi confussibili modo alterius ordinis litterae interserantur in tantum, ut in prima secunda et in secunda et tertia repperiatur prima; scribis enim sic: *lauda laudet, doce doceat, lege legat*, et ideo sollicite requirunt, qua ratione haec commixtio facta sit. super hoc plerique nostrorum et a nobis et a nostris quaesiere parentibus. quibus consultate responsum est, hoc idcirco suscipi, non quia rationabile actum sit, sed ut modorum

4. passit *N*, possit *Mai*, qui esse post illius inseruit || 8 ut] et *N* corr. *Mai* || 12 desinit] desinunt *N* corr. *Mai* || 20 suspicionibus *N* || 23 incunctanter *N*.

et temporum discrimen habeatur. si enim imperatui modo dicas secundum primam coniugationem *lauda laudat, doce docet, lege leget*, indicatuum modum non putabitur et imperatium uelle te praedicare. hoc etiam
 5 in ordinationibus uisum est ingerendum, quare in omni coniugatione hic ordo seruetur, ut in modo imperatui secunda persona in suo semper statu permaneat. facilis est quaestionis huius solutio, quia haec persona secunda nulla discrepatione cogitur ordinem suum
 10 motare.

Nunc de moderatione strictim quidem sed plene dicere debemus. moderatio est qua per modos uerba ponderantur: in quo moderamine ratiocinatores numerorum diligenter inquirunt, quare sescopla moderatio
 15 habeatur; et perpessiore laetantes intellectu secundum sex aetates uel tempora mundi sex modos uerbi ponderatos a ueteribus philosophis credunt et asserunt: sicut etiam tempora uerborum trino ordine secundum uisibilis mundi tempora permensi sunt.

20 In hac ergo sena moderatione uerborum nonnullae quaestiones incedunt. prima eorum nascitur, qui secundum literarum ordinem modos quoque uerborum ordiri debere putauerunt, ita ut ab imperatui modo declinationem uerbi exordirentur; praecipue si in *a* literam
 25 desineret, ut *macta liga planta*, et ab hoc modo finito infinitius modus sequeretur, quia in *e* literam finiatur ut *mactare ligare plantare*; deinde post hunc tutum, cum ad indicatuum uentum fuisset, a praeterito tempore perfecto incipientes, quod *ui* litera finitur ut
 30 *mactavi ligavi plantaui*, in praesenti tempore finem uerbo statuerent, quia in *o* terminatur ut *macto ligo planto*. sed quia haec illorum sententia omnino suspicio

4 praedicere *N* corr. *Mai* || 5 & in *N* || 8 solutio (u ex i?) *N* || 12 modos *N* || 15 perpessiore] *i. q.* perpensiore || 16 f. poterans *N*, positos *Mai* || 20 ac *N* || 21 quaestionis *N* || 22 ordinum *N* || 23 deberet *N* || ad *N* || 24 exodirentur *N* || 27 totum *N*, modum *Mai* || 32 sententiā in . m . m . in . o *N*. s. incepta *Mai* || suspitia *N*.

magis coacta, quam ratione ueritatis uideatur esse subnixa, reliquum ordinem quo in secunda uel tertia coniugatione per singulos cuiuscumque uerbi utuntur modos reticere melius quam exsequi puto.

Nonnulli de imperatiuo modo quaestionem dicunt, 5 quare primam personam non habeat secundum nos, qui hanc negamus posse latine dici. ceterum in quodam uolumine, quod a Terrentio Marcillio scriptum adtitulant ita inuenitur, imperatiuus modus secundum tres personas, quemadmodum ceteri, inflexus. sic enim 10 habetur: *laudem, lauda*, addentesque in secunda persona sub distinctione scribunt uel *laudes*. sic *doceam, doce* uel *doceas*; *audiam, audi* uel *audias*; *quaeram, quaere* uel *quaeras*, et neutrali uerbo *sedeam, sede* uel *sedeas*; *dormiam, dormi* uel *dormias*. passiuo communi 15 et deponenti *loquar, loquere* uel *loquaris*; *glorier, gloriare* uel *glorieris*; *horter, hortare* uel *horteris*. et in futuro tempore eiusdem modi sic habetur: *laudem, laudato* uel *laudes* et sic per cetera uerba. hoc utrum sit hac ratione plenum, an consuetudinarium, immo potius 20 uitiosum, nolo audaciter discernere; quia etsi nos non habeamus in usu, uel declinationis ipsius uel celebrium lectionum certe rara lectione docemur non usque adeo rennuere, si forte contigerit primam personam in supra-memorato inueniri modo. 25

Alia quaestio est quae quosdam mouet, quomodo quasi confusis uel commixtis modis infinitiuus indicatiuo uel optatiuo adiungitur, necnon et coniunctatiuo. sic enim habes *dico dicis* uel *dicere dicit, dicimus dicitis dicunt* uel *dicere*. tempore futuro: *dicam dices* uel 30 *dicere dicet, dicemus dicetis dicent* uel *dicere*. optatiuo quoque modo *utinam dicerem diceres* uel *dicere*. futuro *utinam dicam dicas* uel *dicere, dicant* uel *dicere*, item *cum diceremus diceretis dicerent* uel *dicere*: et in pas-

4 reddicare N || 8 ad N corr. Mai || 16 loqueris N || 17 hortar N || 20 ac N, fort. adiectivum antecedens excidit || 22 celebrium N || 24 contegerit N || 27 cummixtis modus N.

siuo uerbo isdem modis scriptum inuenitur *dicere*. et ideo requirunt quae sit huiusmodi ratio, quae infinitium modum tam mobiliter conuertat et per omne uerbum circumferat. quibus rationem a maioribus nobis
 5 traditam ac perceptam reddemus, quia infinitiuus modus secundum soloecismum pro omni modo accipiatur. et ut hoc tam tibi quam omnibus palam fiat, inuenta passim proferamus exempla. Catonius quidam Africanus in epistola ad Romanos de pace misa, *cum in-*
 10 *quit pacem facere, uestra sequimini commoda*, hoc est dicere *cum facitis*. Virgilius quoque Assianus in illo opere, quod quinque uoluminibus de statu regali, greco licet sermone, scripsit et a Galirio nostri temporis grammatico uersum est in latinum, sic in-
 15 chogauit dicens: *reges antiquitus secundum mores sibi solitos legittimis populos deorum statibus regebant; quos si nunc quoque istius temporis reges imitati fuerint, bene et competenter regnare. hic regnare posuit pro regnabunt.*

20 Sed forsan quis hoc inprobans dicat latinum interpretem propter inscientiam greci sermonis tali modorum transmutatione ussum fuisse. non autem hoc contendat: nam etsi in grecis dictionibus infinitiuus modus pro qualibet alia statui non debeat, certe apud
 25 Latinos licet secundum uitiosam consuetudinem sepius certe est inueniri. denique et Galbungus, quem nulla ratio sciendae componendaeque latinitatis potuit praeterire, in claro Romanorum laudis imperatorum militumque libro sic non semel (ne non tam
 30 de industria, quam obliuiose ponere putaretur) sed quaterna uice infinitium pro aliis posuit modis. in primo quidem libri loco ita dicens: *clari imperatores laude esse digni; esse pro sunt* posuit. postea autem

3 modo *N* || 5 hac *N* || modos *N* || 8 proferamus *N* || 13 quod scripsit *N* || 16 populus *N* || statibus] statutis *coni. Mai* || 17 imitati *N* || fuerit *N* || 18 competenter *N* || posuit s. l. *N* || 24 libet *N* corr. *Mai* || 28 clarorum *Mai* || 30 deindetria *N* || 32 cliri imperatoris *N*.

militēs inquit Romani indefessum habent studium donec semper pro suis vincere. utique excelsa Troiae moenia uertice ne disperdi caute timuere. hoc dicens assignat infinitiūm modum in obtatiui locum recipi debere. post item aliquanta: *o sodales Romani ciuesque* (imperatio modo) *consulere.* 5

De impersonali modo una utrobique quaestio uentilatur, Terrentii quidem partibus obstinate contentibus impersonale uerbum ab omni uerbo significatorio, id est tam actiuo quam deponenti, tam neutrali 10 quam communi, nasci indubitali assertionē solere excepto passiuo. nam quod ab actiuo tertiae personae uerbi passiui similitudine diriuatur, passiuū iterum non repetit, praesertim cum passiuū uerbum absque nominatio cassu asseri non ualeat: Galbungi autem 15 auditoribus nonnisi ab actiuo et neutrali uerbo impersonalem modum procidere posse. quibus et ego facile assentirer, nisi Terrentii partes mille nobis exempla prodidissent, quibus sententiā suā affirmabilem fecerint. pauca proferemus in medium. namque Atticorum 20 praeceptorem ferunt dixisse: *criminator inquit ab omnibus, quia nos pecuniae in amicorum praesidia profligandae dura ditione pepercimus.* et iterum Donatienis exemplum proferunt dicentis: *gaudetur et gloriatur nostris in urbibus rege de exilio redeunte.* sed quis- 25 quam forsitan cum haec audierit, praesumat dicere, quia magis actiua et neutralia uerba esse eadem possint, ex quibus haec impersonalia ueniunt quam communia deponentia, <id est gaudeo> uel glorio. quod etsi ego alicubi inuenire potuerim, tamen quia non est usitatum, 30 affirmare non possum.

1 indefessum *N* || 2 troeae *N* || 3 vertice] utites *N* || 5 sodales *N* || 10 acqo *N* || 17 modo *N* || facili *N* || 18 pantes *N* corr. *Mai* || 20 paca *N* || medium et medium *N* corr. *Mai* || aruit quorum *N*, Terentium quorum *Mai* || 21 criminator *Mai* || 22 praesidiat *N* || pfligande *N* || 26 praesumac *N* || 27 actiua] aqua *N* corr. *Mai* || 29 post deponentia ras. 8—10 litt. in *N* || id est gaudeo supplevit *Mai*.

De optatiuo quoque modo famosis et uentilabilis
 quaestio nascitur, utrum namque in declinatione tres
 tantum temporum efficientias ostendit. ita etiam ratio
 continuat, utrum secundum eorum intellegentiam prae-
 5 sens tempus et praeteritum imperfectum modus non
 recipiat, an potius duo tempora sub una declinatione
 uel propter latini status breuitatem uel etiam ut auden-
 tius dicam, propter angustiam per duos ordines con-
 tineantur, ut cum dicimus *utinam rogarem* et ad utrum-
 10 que tempus id est et praesens et praeteritum imperfectum,
 pertineat. item cum dicimus *utinam rogassem* ad duo
 excurrentia tempora coniugatur: quod et ego in epito-
 marum opere ita esse sentiendum scripsisse me arbitror.
 ceterum de coniunctatiuo modo, quia nulla ambiguitas
 15 est, nihil tractandum puto. propter quod etiam indi-
 catium modum in eundem praedictum, id est con-
 iunctatiuum, redigendum ac recipiendum nonnulli uete-
 rum putarunt; quibus nec ego rennuere possum. quoties
 ergo indicatiuus modus sententiae caput non facit,
 20 simplicem conjunctionem faciat necesse est. simplicem
 autem ideo dicimus, quia non tam doctis, quam simpli-
 cibus ac prosaticis exordium sumpsit haec scribendi
 consuetudo. ceterum apud peritos quosque Latinorum
 omne uerbum quod non ad dicturae caput pertineret,
 25 coniunctiuo semper modo ponebatur.

Nunc de subfiguratione breuiarius quidam sermo
 dicendus est. primum ergo requirendum est quare con-
 positio uerbo accidat? ob tres ut opinor causas, prima
 est quarum propter sensuum expletionem uel inmo-
 30 tationem: secunda propter metri compositionem: tertia
 est propter loquelae ipsius decorem componendum. pri-
 mam causam diximus esse, qua per figuras conpositas

1 famosit *N* || 4 ut *N* corr. *Mai* || corum *N* || 5 mundus *N*
 corr. *Mai* || 6 declinatio *N* corr. *Mai* || 12 ephetomorum *N* || 13
 scrib^sisse *N* || 15 tractantum *N* || propter] p̃t̃ *N* || 19 ergo] et
 ego *N* corr. *Mai* || sententia *N* corr. *Mai* || 29 sensum *N* || 30
 tertiae *N* || 31 docerem *N*, characterem *Mai* || 32 catissam *N*.

sensus uel explentur uel inmotentur. explentur quidem, cum per hanc figurarum assumptionem perfectiores et pleniores redduntur sententiae, uelut si dicamus *dico perdisco, doceo perdoceo, facio perficio*. *dico* enim et *doceo* et *facio* etiam ab incipiendo possunt intellegi: 5 cum autem docendi aut dicendi operisue faciendi finis aduenerit, tunc *per* conpositio addici potest. motantur uero sensus per has subfigurationes duplicem ob causam, uel propter distructionem uel propter aedificationem. 10 destruuntur quidem cum dicas *dissipo* uel *discredo*; illud ad sepius distructionem, hoc ad incredulitatem respicit. aedificantur autem cum dicis *consipo* et *concredo*; quod enim illic distruxisti, hic reedificas. componuntur etiam uerba propter metrorum ut diximus compositionem, sicut 15 in uersu quodam Graeci oratoris legimus hoc modo dicentis: *bella Gallorum toto concessent in orbe*. hic enim *con* nihil ad sensum addidit, propter quod uersum tantum expleuit. haec de figuris dixisse sufficiat, praesertim cum in epitomarum praedicto opere diligentius de figuris quaedam dixerimus. 20

Nunc ad annumerationem ueniamus. multi putant simplicium scriptorum hanc annumerationem uerborum eandem esse quam et numerum uerbo inter septem usitatas species accidentem, sed nos hunc intellectum firmissime destruimus, quia numerus simplex dualis est, 25 singuluris dumtaxat et pluralis, annumeratio autem usque ad duouienti species peruenit: quod factum ita nostri intellegunt, quia in prima Hebreorum lingua idem elementorum uoluminumque numerus editus est: ob quam causam etiam philosophi antiqui uerbum ex 30 duouienti speciebus in unum ordinati sunt. et ut hoc tibi manifestius reddatur, singulas annumera species.

2 figuratum *N* || 10 *dissipo*] *fort.* *dissipio* (= *dissaepio*) || 12 *consipo* *N*, *constipo* *coni. Mai*, *fort.* *consipio* || 13 *redificas* *N* || 15 *Graeci* *N*, *Gracchi* *coni. Mai* || 16 *dicentes* *N* || 17 *cum* *N* || 19 *epithomarum* *N* || 22 *simplitium* *N* || 24 *intellectus* *N* *corr. Mai*, *nisi malis hinc emendare* || 32 *redatur* *N*.

habes ecce in primis qualitatem uerbi per modos et formas X species habentem. modi siquidem sex habentur et formae quattuor. habes ternam coniugationem quinamque significationem. hic octo species concluduntur. 5 per duplicem autem figuram et dualem numerum haec <summa> suprascripti consumatur.

Uerum quare tempus quod ternum est et persona quae aequae terna esse animaduertitur, ex hoc excipiatu-
 numero, forte requiratur. sciendum proinde est istoi-
 10 corum hunc esse morem, ut cum typum aliquem uel numerum praetendere uoluerunt, non tam totam summae plenitudinem, quam quod ad typum pertineat propositum annumerent. quorum unus qui erant, ut rebantur, praecipuus Chromas nomine ad nos usque
 15 peruentans quattuor tantum uocales literas numerandas esse censebat. cuius rei rationem cum ab eo Aeneas meus perquireret, tranquillo reddidit effamine: *scimus inquit et nos quidem quinque esse litteras, quae uocales dicuntur, nostrorum tamen ueterum parentum mos anti-*
 20 *quaris erat, ut nullum numerum absque typo mensurarent. unde quia quinquenum supputatione stoica numerum nullus cardinalis praecesserit typus, quattuor tantum uocales litteras subtracta .U. principaliter summauerunt.* uel certe ob hoc quidam u litteram inter uocales non
 25 receptarunt, quia non tam uocalem ueteres quam ambiguum appellari debere credebant, quia aliquoties pro uocali, aliquoties pro muta accipitur. sed hoc silentio praetermittamus.

Illa autem ratio, ob quam quattuor uocales literas
 30 quasi praeiudicatoria auctoritate annumerabant, haec est, quod iste intuebilis mundus quattuor constat eli-

1 habet N || 4 concludantur N || 5 post haec spatium 3—4 litt. N || 6 summa add. Mai || consumatur Mai || 8 et hoc N || 9 histoicorum N || 10 tympum N || 12 quod quam N || 15 litteris N || 16 censebat N || 17 meos N || 19 mons N || 20 typpus N || 23 subtractat N || 28 praemittamus N corr. Mai.

mentis, terra scilicet igne aqua atque aere. quod Plautus elegantissimo carmine diseruit dicens

*limo solubili,
lymp̄ha meabili,
igne ardibili,
aura mutabili,
mundus uisibilis
sumptus initiis,
cuius terribilis
pendit tristities.*

5

10

secundum hanc itaque rationem, quam praedictus Chromas intulerit, in hac quoque annumeratione nostra, qua uerbum totum annumeramus, tempus et personam excipimus, ne si hiis acceptis octo et uienti species, ut est necesse, fuerint repertae, numerus typo ¹⁵ uacet. quamquam si tempus in quinque species diuidatur, adiunctis tribus personis octo species inueniuntur; quas cum uienti duabus adiunxerimus, iuxta lunarem rationem XXX faciemus.

Nunc de inmotatione pauca nobis edicenda sunt; ²⁰ quae inusitata quidem est, sed hiis qui nouis adinventionibus dilatantur utilis ac necessaria esse uidetur. inmotantur autem uerba simpliciter per literas, per sonos, per sensus, per figuras, per tempora. inmotantur quidem per literas secundum duas efficientias, hoc est ²⁵ siue per uitium dedecorosum, siue per necessitatem consuetudinariam. per uitium quoque decorosum, cum in uersu Horatii legerimus *aggo* pro *ago*. hiic adiectio *g* sequentis uitiosa est. sed cum agitur laetitia uel festiuitas, sic consuerunt dicere *aggo*. sic enim in prae- ³⁰

2 deseruit *N* || 8 initii *N* || 9 terribile *coni. Mai* || 10 tristitiā *N*, exitium *coni. Mai* || 12 Cromas *N* || 15 typo *N* || 19 faciem *N* || 20 pauat *N* || aedicenda *N* || 22 dilatantur *N*, delectantur *coni. Mai* || ad necessariam *N* || 23 uerba qui *N* || sonas *N fort.* sonus || 24 sentis figuras *N* || 26 sed decorosum *N* || 27 quoque *N*, quidem *Mai* || 28 Oratius *N* || 30 sic,] si *N corr. Mai.*

dicto uersu habet *laetaque aggant in moenibus festa*.
 ornatus enim et firmatius rentur, si quandam con-
 ponderationem linguae per syllabas faciunt. unde et
 idem poeta commodius ratus est addere *g* in priori
 5 syllaba, quam semigrauo literarum numero unam
 contra quattuor ponderare. hac de causa in plerisque
 literae duplicantur consonantes, ut *cellum* pro *celum*
 et *uellim* pro *uelim* et *ollim* pro *olim*. inmotantur autem,
 ut diximus, per necessitatem consuetudinariam, cum in
 10 usu habeamus scribere *sperno* et *cerno*; cum apud uete-
 res Romanae eloquentiae doctores, et eos praecipue quos
 probabilitas suarum claros apud omnes efficeret doctri-
 narum, *spero* et *cero* poni debere sensere, refutantes *r*
 et *n* absque ullius uocalis interiectione scribi pariter
 15 posse. sed quia *cero* et *spero* alium habent effectum
 (nam *spero* ex *spe* nomen accepit, et *cero* hunc sensum
 habet cum quis a *cera* componit) idcirco *n* necessarie
 addita est ad spretionem et ad certam uisionem.

Inmotantur etiam per sonos, quia duo quaelibet
 20 uerba hisdem literis et syllabis scribuntur, sed non
 eundem habent effectum ut *lego lego*; quae nisi sono
 discreta fuerint, confusibiliter diliguntur, propterea
lego ex lectione in prima syllaba acuetur. nam *lego* ex
 legatione in eadem syllaba corripitur. motantur etiam
 25 per sensus nec sono nec syllaba nec litera distantia
 ut *credo credo*. nam *credo* de credulitate dicitur, quod
 omnibus clarum atque propatulum est. est etiam *credo*
 iuris iurandi, cuius exempla (quia fortassis aliis inusi-
 tatum est) proferemus. Virgilius Troianae scholae
 30 doctor contra Romanos scribens eosque falsitatis esse
 arguens, ita influit: *o Romani, cur uestrae immemores*

1 menibus *N* || 5 numero *N* || 6 ac *N* || 7 litterate *N* corr.
Mai || caellum *N* || 12 clarus *N* || efficeret *N*¹, -at corr. || 13
 censere *N* || 16 ex] et *N* corr. *Mai* || 17 abet *N* || 18 p̄tionem
N, spretionem *Mai*, qui add. significandam || 19 que *N* corr.
Mai || 20 et] ut *N*, ac *Mai* || 22 fierint *N* || diligenter *N*,
 dicentur *Mai* || 23 num *N* || 28 iuris iurando *N* || 31 imfiunt *N* ||
 Ramani *N*.

ueritatis, quae credidistis, transgredi uoluistis? hoc est dicere quae iurastis. Cato quoque si quis ait discredat, merito dampnetur. hoc est periuret. sic etiam lucror duplicem sensum habet, pecunias scilicet acquirendi, periculum nihilo minus mortemue euadendi. sic coibeo 5 ad continentiam siue alicuius rei indulgentiam concessionemque pertinebit. motantur quoque per figuras, quod omnibus apparere legentibus potest: uerumtamen uno hoc probabimus exemplo. dicimus enim *construo* et *adstruo*; aliud enim aedificandi, aliud adfirmandi. 10 motantur nihilo minus per tempora, cum in lectionis consuetudine habeamus in usu praesentis tempus <pro> praeterito perfecto scribere, ut Catonis: *cum uenissent* inquit *utrique primi allocuntur Romani*. hoc est *allocuti sunt*. sed qua ratione istud usurpatum est, paucis 15 perdoctum est, nisi quia multi Latinorum a ueteribus sibi traditum putant praesens tempus ad utrumque pertinere, siue quod id temporis agitur siue quod certissimo tempore quasi praesenti in actu praeteriuit.

Nunc ad indagationem uerbi ueniamus. indagatio 20 uerbi tribus modis intellegitur: in coniugatione, in declinatione, in metro. in coniugatione quidem per tres literas principales indagatur, quae sunt *a e i*, quibus quasi quadam indagine a secunda persona modi indicatiui omnis coniugatio per singulos modos dinoscitur 25 ut *laudas fulges sepi*s. indagatur autem in declinatione per quinque tempora, quae manifesta sunt: uia quippe uerbi declinandi tempus est. sepe etiam indagatur in metro per pedes, qui sunt syllabae: crescente etenim syllabarum numero metra uerbi componuntur in uersus, 30 quod planius in declinatione probabimus.

Affirmatio uno modo secundum nostros, cum duo uerba pro affirmanda sententia uni dictioni praesidunt

1 credistis *N* corr. *Mai* || 4 atquirendi *N* || 5 co^hibeo *N* (*h fere eras.*) || 12 usum *N* || praesentis *N*, fort. praesente || pro *add.* *Mai* || 16 perdoctum *N*, perdocendum *Mai* || 17 traditam *N* || 19 actum *N* || 20 indigatio *N*.

secundum illud Aeneae dicentis: *reges Romanos aequa et uera sententia credimus et fidimus*. sufficeret dici *credimus*, nisi quia sententiam affirmare uoluit. affirmatur etiam hoc dicendi statu uerbi, cum dicimus *uenit*
 5 *inquit uir*. hoc pro affirmatione tantum, ratio enim sic haberet *uenit inquit uir*. sed quia si modum indicatuum in una dictione duplicatur, putant se fortorem facere sententiam, idcirco uerbum *inquit* principali modo ponunt, sed tamen cum subponatur prius
 10 *loquitur*: nam praeposterato ordine scribendi sic dicis *inquit uenit*.

Inchogatio in una tantum uerbi forma habetur, quae forma ob hoc inchogatiua dicitur, quia praeteritum tempus non habeat, ut *calesco*. quamquam multi Latini
 15 norum diffinite affirmant nullum uerbi fieri debere, quod praeteritum tempus non habeat. quibus nec ego renuerem, cum multa eiusmodi uerba, quae uidentur inchogatiua, praeteritum tempus habere cernuntur, nisi quia perfectae formae uerba prohibent in eorum conuenire sententiam, quae praeteritum tempus sibi rectius uendicent. sed cum hoc illis obiecerimus, responderunt
 20 praeteritum tempus geminae ordinationis uerbis commune esse solere ut *floreo floresco*, et utrique conuenire *florui*. sed hoc quia scholarum nostrarum auctores numquam in usu habuere, in ambiguo relinquentes docto-
 25 rum nostrorum sententiam proferemus, quod uerba inchogatiua praeterito semper careant exceptis hiis quae inchogatiuis similia, quia uerba ex quibus nasci debeant non praetendunt se habere: ideo praeteritum tempus
 30 habebunt ut *conpisco conpiscui*, *cognosco cognoui*, *erubesco erubui*.

Nunc praelatio suo ordine ponenda est. quid est autem praelatio, et quomodo sine postlatione intellegetur? praelatio ergo in modis solis constat, cum

15 diffinire *N*, definitive *Mai* || 21 cum] eum *N* || 22 commune *N* || 23 conueniri *N* || 26 f. inchoativae *N* || 28 similia *N* || 30 erubes *N* || 33 illigitur *N* || 34 f. com modos *N*.

modus indicatiuus omnibus supereminet et ordine et uirtute.

Hiis nunc peractis solum quod restat explicemus, declinationem scilicet quae omnibus scolaribus etiam pueris prompta est ac trita. uerum secundum poetas ⁵ per metra et non secundum grammaticos per prosam declinandum est. et ut syllabas crescere uideatur, uerbum monosyllabe secundum promissum in indagatione dilatatum declinemus. uerbum neutrale monosyllabatum indicatiuo dicto modo *flo flamus, flas flatis, flabam* ¹⁰ *flabamus, flant flate, fla fletis, flemus flatote, flem flato, fles flebo, flauere flare.* et ut spatiosius et ad alia uerba reddatur exemplum (quia quae subrelicta sunt de hoc uerbo prosatores quique ac uersidici mensurare ualebunt) etiam ad dissyllabata tendamus, quae sic mensurantur ¹⁵ *laudo, laudamus, laudatis, laudas, laudabamus, lauda, laudauimus, laudasti, laudaueramus, lauda, laudemus, laudate, laudes, laudare, laudabimus, laudabitis, laudatu iri, laudans, laudantis, laudanti, laudaueritis.* scire debemus trissyllabata uerba per hosce uersus non ²⁰ tam facile posse nisi per scissuram pensari. et ideo quia finis epistolae in proximo est, ad tetrasyllabata transeamus, quae sic declinantur: *intellego, intellegis, intellegamus, intellegit, intellegunt, intelleguntur.* scire et annotare debet unusquisque uersidicorum, quod ²⁵ unumquodque fonum pro dubiis longum breuibis in uersu et metro annumeretur. nunc, sicut promissimus, epistolarem sermonem finiamus.

5 prumpta *N* || 6 prosa *N* || 7 fort. syllabis || 8 monosyllabe *N* || 9 dilatatum *N* corr. *Mai* || 14 pueatres quiq; *N*, pateant unicuique *Mai* || versudici *N* || 21 scissura *N* || 22 epistule *N* || 25 annutare *N* || 26 p dub; *N*, procul dubio *Mai* || 28 finiamus] EXPLICIT TERTIA DE UERBO.

IV. DE ADUERBIO.

Omnis urbs munita et cincta ciues hostibus non tradat: ita historica expositio si recte ac ratabunde fuerit perordita, nullius reprehensionis locum ulterius habebit. unde nos doctores monent ut omnes artes non
 5 solum principales, uerum etiam mediocres atque officiales recte in presis statuatur. propter quod et ego, quia tibi de nomine ac pronomine uerboque breuiarias expositiones per epistolas intimauerim, inferiores quoque partes breuioribus quidem sed propriis epistolis
 10 ecplanabo, praesertim cum epitomis de IIII partibus unum feci opusculum, quae residuae sunt aduerbio scilicet participio coniunctione et praepositione. his si proprias habeant epistolas, paulo latius aliquid legentibus conferatur ad sensum.

15 Aduerbium ergo quarta orationis particula est, quae quia uerbo adheret, aduerbium nuncupatur, sicut pronomen ex nominis communione uocatur. sed hiic quaestio adcurrit. forte enim aliquis inquirat, quod non dubito euenturum, si propterea aduerbium uocatur,
 20 quia uerbo semper adiungitur, quo nomine uocabuntur aduerbia comparandi uel qualitatis et quantitatis, quae nonnumquam non uerbo tantum sed aliis partibus adiunguntur? dicimus enim *magna ualde uenit turba.*

15 *Excerpt. Bern. p. 199, 16 et Leid. f. 79:* Aduerbium est quarta — nuncupatur; sed hic quaestio adcurrit, quo nomine uocabuntur aduerbia comparisonis uel qualitatis uel quantitatis, quae non uerbo tantum sed — turba, dicimus etiam tam docte tam — et hi — partes numerant unam (unum *L*) vocantes prisco nomine aduerbium, quod (*q; L*) adheret uerbo, alteram expressorium (et pressorium *L*) nominant etenim quae nominibus uel — significant.

INCIPIT QUARTA DE ADUERBIO *N* || 2 historia *N* || 6 presis *N*, praeceptis *Mai* || 9 prospis *N*, perspicuis *Mai in edit. altera* || 10 etplanabo *N* || cum] in *add. Mai* || ephitomi *N* || 12 his *N*, ab his *Mai*.

numquidnam poteris ita componere uenit ualde? alioquin quomodo sententiam intellegetur? dicimus etiam *tam docti* et *tam ueloces*. unde et hii, qui non octo sed plures orationis partes annumerare uolunt, aduerbium in duas partes diuidunt, unam prisco nomine 5 aduerbium uocantes, alteram expressorium. etenim aduerbia, quae nominibus uel aliis aduerbiis applicamus, non tam adiunctionem solitam, quam sensuum expressionem significant. aduerbium aduerbio adherens sine conparatione aliqua ad affirmationem tantum pertinebit 10 ut *tam digne* et *ualde uiriliter* et *satis pulcre*. unde non paruum errant qui et coniunctionem copulatiuam interponunt, ut sit *satis et pulchre*.

Aduerbiorum significatio multimoda est. sed multi existimant nulla aduerbia ex sese nasci posse: nam cum 15 dicis aduerbium separandi *seorsum*, habes nomen ex quo nascatur, ut est *seurus*, hoc est qui se ipsum ab humano separat consortio: sicut et *adorus*, qui se ipsum ad omnium ora ostendit iuxta illud Ciceronis: *si peritus fuero, adorum me faciam omnibus; sin alias,* 20 *seurus efficiar, timens me conuentibus tradere peritorum. simul* aduerbium congregandi, et ex similitudine nascitur.

Multi obtendunt nobis quaestionem, quomodo adiecta nomina ex aduerbiis uenire uideantur, ut *heri*, ex 25 quo *hesternus*; *hodie*, unde *hodiernus*; *cras*, unde *crastinus*; debuerant enim magis aduerbia ex nominibus nasci. super hoc Aeneam consulere me memini, qui mihi respondit, quod nisi usitate consuetudo haec temporis aduerbia esse tradidisset, temporalia magis nomina 30 et monoptota credenda forent, unde haec diriuatiua nascerentur. et ne sui ipsius promere sententiam uideretur, a quodam se sene Iulio doctore didicisse asse-

1 numquidnam *N* || alioquin *N* corr. *Mai* || 3 velocet *N* || 5 prisco (i ex e) *N* || 6 aduerbiorum *N* || expresorium *N* || eccenim *N* cf. *Excerpt.* || 8 sensum *N* corr. *Mai* || 11 pulcre *N* || 18 adoris *N* corr. *Mai* || 27 debueraⁿt *N*.

rebat addente hoc quod, quia haec nomina declinationem non habent, ideo ab insciis aduerbia putantur; sicut et *nequam* et *nugas* a quamplurimis qualitatibus aduerbia propter defectum declinationis aestimantur. *sed*
 5 *hoc* inquit *Romanis non placebit, quia plus solent obstinatae consuetudini quam certae rationi consentire.*

Sunt etiam aduerbia, quae ex quo nascentur, ambiguum est, ut *frustra*, *nequiquam*, *nequiter*. *frustra* enim utrum ex originali nomine, an ex imperatiuo
 10 modo uerbi communis ueniat, adhuc in electione pendit lectorum. *nequiquam* autem et *nequiter*, sic ambo ex *nequam* ueniunt, sicut multis Latinorum uidetur; hoc tantum mouet plurimos utrum aduerbia in *ter*, nisi ablatiuo casu adiectiui nominis in *e* litteram terminato, uenire
 15 possint; quod quia certum non habent, *nequiter* omnino refutant. Sed nobis aliud uidetur esse *nequiquam*, aliud *nequiter*: *nequiquam* enim pro sine causa uel frustra intellegitur, *nequiter* uero ad peius proficit. multi etiam quaerunt, quare *qui* in medio situm sit, ut pro *nequam*
 20 *nequiquam* legatur, cum etiam *nequam* sicut in omni cassu genere ac numero, ita etiam aduerbialiter adsumi possit. sed propter discretionem tantum hoc additamentum mediae syllabae susceptum est. ceterum *nequiter* aut simpliciter ex *nequam* accipiant aut ex sese
 25 nasci intellegant, quia aliter non habent; aut si magis putent, penitus respuant.

Requirunt etiam utrum ex participiis aduerbia nasci possunt; et si possunt, ex quo participio, utrum ex omnibus an ex aliquibus. spondeo quidem me etiam
 30 palam omnibus peritis orbis professurum, quod ad-

7. *Excerpt. Bern. p. 199, 25 et Leid. f. 79^a*: Sunt aduerbia ex quo nasci ambiguum est — frustra enim (*om. L*) utrum — uerbi communis incertum habetur. *nequiquam* — *nequiter* ex — uidetur.

2 habet *N* || inscis *N* || 5 placebit (*i ex a*) *N* || 9 nominae *N* || 11 si *N* || 13 plurimus *N* || 15 possit *N* || 19 ut] et *Mai* || 21 neutro *N* corr. *Mai* || 23 media *N* || 26 putet *N*.

uerbia ex participiis indubitanter ueniant. si autem quaeritur ex quo a participiis, dicam ut expertus sum, quia ex participio temporis praesentis communis generis, ex participio temporis praeteriti cuiuslibet uerbi aduerbia sumuntur. ex duobus autem futuris participiis 5 nullus peritorum aduerbia sumpsisse conprobatur; dicimus enim *docenter*, *sapienter*, *instanter*, *perseueranter*, quamquam secundum Galbungum ex participio praesentis temporis actiui uerbi sumi abnuatur aduerbium, sed ex participio neutralis uerbi trahatur. necnon 10 etiam ex communis ac deponentis participiis idem doctor aduerbia uenire nisi uitiatim abneget, ut in praeterito tempore secundum trinam significationem passiuam scilicet communem ac deponentem aduerbia uenire, nullus peritorum negare potest: siquidem dica- 15 mus *docte*, *osculate*, *suspicate*, *locute*. audiui tamen, aput Affrorum scholas frequenter dici, quod ex deponentium uerborum participiis, eorum maxime quae agendi consuetudinem non habeant, aduerbia nasci non soleant. 20

Quae cum ita sint, intenta doctorum ambiguitate sibi ut uidetur desonantium, consulendum nobis est, ut ea quae a nemine dubitentur, statute ac definite sumamus, id est ut a participio praesentis temporis neutralis uerbi atque ab eo quod passiui uerbi com- 25 munisque sit, praeteritorum dumtaxat temporum aduerbia semper sumamus ut est *perseueranter*, *firmate*, *scrutate*. secundum hanc regulam etiam in conparatione et praelatione participiorum, aduerbiorum quoque ratio seruabitur. 30

Aduerbia autem, quae in *im* syllabam mittuntur, non ex uno initio sumuntur. quaedam namque eorum

5 f. *inter* participiis et peritorum *spatium* 5—6 *litt. in N* || 6 peritorum] originem *Mai* || 10 participium *N* || 15 negari *N corr.* *Mai* || 16 *usculate N corr.* *Mai* || *locute* (o ex u) *N* || 21 *intenta N*, *attenta coni.* *Mai* || 22 *desonentium N* || *contulendum N* || 26 *dumtaxat at N* || 27 *perseuerant N*.

- adiectis nominibus ueniunt ut *caelestim*, *furtim*. quaedam uero ex possessiuis pronomnibus nascuntur ut *meatim*, *nostratim*. quaedam etiam ex participiis uerbi passiui ut *strictim*, *singillatim*: nam *singillo* trite legitur
- 5 iuxta illud Domini eloquentissimi et modestissimi uiri dicentis: *non est mediocris uel facilis negotii bonum singillare a malo*. nonnulli etiam ex primis nominibus uenire aduerbia suspicantur ut *partim*, quod sit ex parte dictum, et *uoluntatim* ex uoluntate.
- 10 Quid nunc? quia de aduerbiis alicubi dixisse me arbitror, sermo breuiandus est; ante cuius finem illud mihi Aeneae memorandum est, quod cum interrogassem eum, utrumne aduerbia conponi possint, sicut et ceterae orationis partes, ita mihi respondit: quid me
- 15 interrogas id quod tritum est? nam aduerbia duas compositionum regulas habent; prima, quae secundum partem ex qua ueniet intellegitur ut *edocte indocte insipienter inepte reprobate appense*: secunda, quae in aduerbiis localibus subiunctiue ponatur; cuius rei causa
- 20 erit, cum aliud locale aduerbium in quacumque scriptione praecesserit. tunc dicis *ibidem*, sicut etiam hic mos in pronomnibus sepiissime inuenitur, quando cuiuslibet persona ante prolata sermone prosequente dicatur *idem* uel *eadem*. est etiam aduerbium ablatiui cassus
- 25 pronominalis simile ut *illo*: nam sepe dicimus *illo exhibimus*, hoc est *illuc*. sic et *quo*, cum dicimus *quo uadunt*. sed haec aduerbia mobilia semper sunt. quia autem hiis dictis supra memoratus Aeneas suum finiuit sermonem, mihi quoque hanc epistolam scribenti hic
- 30 terminus ponendus est.

1 adiectis] ex *add.* *Mai* || fortim *N* || 2 ut] ad *N* corr. *Mai* || 5 dñi *N*, Donati *coni.* *Mai* || 11 breuiendus *N* || 13 possit *N* || 14 quit *N* || 17 *edocte* *N* || 25 pronominalis *N* corr. *Mai* || 26 *ñ* quo *N* || 29 epistolam *N* || EXPLICIT QUARTA DE ADVERBIO.

V. DE PARTICIPIO.

Dicturi de participio, de quo et a nobis et a plerisque doctoribus sermo frequens factus est, illud mei Aeneae in prohemio operis commemorandum puto. optimum etenim est et ualde peroptimum omnem discipulum in fine omnium scriptorum atque initio praeceptoris sui indeffessam facere mentionem, quem humanae disciplinae tertium sibi patrem uocant. itaque Aeneas meus triplam participiorum adserit esse uirtutem, quod in libro de omnium artium uirtute scripto atque ordinatim degesto tali edidit modo: *prima inquit* 10 *uirtus participiorum, quod nomen et uerbum duas principales orationis partes obtinet. secunda, quod sicut uerbum fuerit actiuum, eodem modo et ipsum agit. tertia, quod si in fine testimoniorum positum fuerit, pro uerbo accipiat; quod tamen non iugi consuetudine sed raro* 15 *accidit.* haec Aeneas.

Sciendum inprimis est totum participium per omnes sex cassus duplices agere solere illo dumtaxat uerbo, cuius sit significationis, agente. nominatiuus cassus participii modo et ablatiuus sepe pro se inuicem ponuntur. 20 quod utrum sit rectum an secus, eorum qui ita scribunt arbitrio relinquamus. nam pro nominatiuo ablatiuum participalem positum sepe inuenimus, secundum illud Glengi: *hoste per portas rumpente ciues uacillauerunt.* de hoc tamen sententia uel maxime uariatur quibusdam 25 opinantibus septimum ex utroque nomine cassum ad-

8. *Exc. Bern. 200, 3 et Leid. f. 79^b*: Aeneas (aenias *L*) meus triplam (participii *L*) adserit esse participii uirtutem; prima, quod uerbum et nomen duas principales partes obtinet; secunda quod si a uerbo activo fuerit, eodem modo agit; tertia (tertio *L*) si in fine testimonii — accipiat (eodem modo agit pro v. a. *L*).

INCIPIT EIUSDEM QUINTA DE PARTICIPIO *N* || 3 cōmemoranda *N* || 12 orationes *N* || 16 Aneas *N* || 19 sint *N* || agentem *N*.

sumi, quibusdam uero secundum Galbungi traditionem asserentibus octauum potius utriusque nominis hunc cassum sentiri oportere. quod et Aeneas probat, unde et scribens mihi quoddam nomen ita declinauit:

5 *proson, prosonis, prosoni, prosonem.* et cum ad ablatiuum uenisset, eundem cassum triplicauit caraxando.

Cuius rei ergum inquirenti mihi, ita exsoluit dicens: *sextus casus, qui est ablatiuus et septimus atque octauus litterarum forma similes sunt, nisi dictione ac*
 10 *sententiae qualitate discrepauerint. sed si a dictione discernuntur, ablatiuo casu 'ab hoc prosone bene clamatum est'. septimo casu 'hoc prosone clamatorie fruuntur'. unde reprobandi sunt qui dicunt 'fruuntur ab eo siue eum siue eius', huiusmodi enim uerbum fruor, sicut et*
 15 *nonnulla similia, nulli ali casui nisi soli septimo adiungi debet. octauo autem casu 'hoc prosone declamante'. pro quo cassu, ut diximus, nominatiuus in lectione sepe ponitur, ob hanc puto necessitatem, quia in eadem dictione alius nominatiuus cassus uerbo principali, quod*
 20 *primum loquitur, personaliter adiungatur. sicut in uersu Bregandi Lugenici legimus: solus Cato miles, populus turbatus, in acie stetit. quasi hoc dixisset: solus populo turbato stetit. quod multi penitus ignorantes uerbum possuere est, quod omnino sine coniunctione*
 25 *causali fieri non potest. nam si hyperbatico more in media dictione conmixto alium ordinem posuisset, sicut non raro legimus, hoc modo egregius doctor edidisset: solus miles, turbatus enim populus est, in acie stetit.*

Sed nunc ad participii expositionem, unde pene
 30 excessum est, oportune reuertamur. participium pars communis est orationis, quod generibus et significationibus suffonitur ac suffulcitur. sed participium temporis praesentis ex nomine omnis generis esse diffi-

2 nominis *N* (sic) *N* || 4 quoddam *N* || 6 caraxanda *N* corr. *Mai* || 10 adocte *N* corr. *Mai* || 19 verbi *N* corr. *Mai* || 22 solii *N* || 25 aeperbatico *N* || 26 aliam *N* || 33 post diffinitur cetera verba excidisse videntur.

nitur, propriis generibus proferuntur. dicunt quidam quaedam participia a uerbis et nominibus quasi quodam coniugio procreari. unde et eundem nominatum habent nomen primae positionis atque ipsum participium, ut *sensus*, *gressus*, *uersus*, *intellectus*,⁵ *quaestus*, *cultus*, *plactus* et cetera. nam hoc participium *sensus* ex uerbo passiuo rite assumitur, quod est *sentior*: sic enim praeterito tempore declinatur, *sensus sum*, *sensus es*, *sensus est*. est etiam nomen quod sic declinatur *sensus*, *sensui*. uerumtamen quia¹⁰ hoc nomen *sensus* ex uerbo nascitur, ideo participium non ex hoc nomine sed ex uerbo uenire credendum est.

Sed in declinatione similitudo disparatur, nam nominis declinatio haec est: *sensus*, *sensus*; participii autem *sensus*, *sensi*, *senso* et cetera. *uersus* autem a¹⁵ quibus in nomine non recipitur principali, sed in participio: ibi autem *uersum* scribunt, quia uors ipsa pagina dicitur Lucano dicente: *uortibus egebunt multis*. mihi autem uidetur et *uersus* paginae etiam scriptus non esse antiquandus, quia cum paginam scribens ab initio²⁰ per longum lineam usque ad marginem feceris pertendentem, manum rursus ad caput discriptae uertere necesse habebis. eadem consuetudo etiam in legendo, ipso quoque uisu oculorum seruanda monstratur. participium praesentis temporis sicut omni generi, ita etiam²⁵ omni personae conuenire credendum est. numeri participiorum et figurae ex utroque nascuntur.

Uerum de participiis ista sufficere crederemus, nisi quia quaedam quaestio doctoribus imminet, ut putent quia omnia participia omnis temporis pro uerbis po-³⁰ nenda, sicut Ossius et Perrichius et Galbarius et ceteri Latinorum praesumunt. nam Galbarius in quodam uolumine immenso, quod de commentariis creati seculi condiderat, habundanti quidem sed eloquenti, omnia pene participia pro uerbis sumpserat. *in prin*-³⁵

2 nonibus *N* || 12 hoc s. l. *N* || 16 quibusdam *Mai* || 21 pertendentem *N* || 26 omne *N* || 30 ponendi *N* || 34 elocuti *N* corr. *Mai*.

cipio quidem inquiens contuebilis mundus ab incontuebili potestate creatus, sole et luna omnibus etiam astris uaria pictura splendentibus ornatus, nascituris in eo mortalibus sensus loculentissimi conlaturus adapertionem, et
 5 *in omnium fine resoluendus aut etiam reformandus.* uides omnem texturam huiusce operis per participia uerborum loco posita directam. et haec consuetudo uetusta tenuit fortitudinem per multas Africae atque Europae prouincias, ut participia pro uerbis sumi soleant. sed nos, quibus hoc scribendi studium a doctolibus nostris non est traditum, ut aliud pro uerbis legere aut scribere soleamus, requiramus utrum quis antiquorum patrum, quorum contraire doctrinis maximum nefas est, participium umquam pro uerbo sumpserit aut sumi praeceperit. quod si inueneremus, nos quoque imitari sententia est, licet prohibuisse nos meminimus uerbum ex participio effici posse; nostram tamen inmotabimus diffinitionem.

Uerum utrum participium secundum nominum regulas conparationis gradus recipiat, diligentius indagandum est. nam multi arbitrantur participium non posse omnino comparari, quos autenticae lectionis renuit amplitudo. restat igitur ut regulam illam, quam aduerbiis ex participio sumendis possumus, etiam gradibus participiorum rite comparandorum teneamus. participium temporis praesentis neutralis uerbi indubitanter hiis gradibus comparatur: dicis enim *audens audentior audentissimus, instans instantior instantissimus, fidens fidentior fidentissimus, egens egentior egentissimus.* sic et illud passiui uerbi temporis praeteriti, cum dicis
 30 *doctus doctior doctissimus, paratus paratior paratissimus, laudatus laudatior laudatissimus.*

3 pendantibus *N* corr. *Mai* || 5 resolvendos *N* || 7 cōposita *N* || 8 vestita (i corr.) *N* corr. *Mai* || 9 Erupe *N* || prouintias *N* || 11 traditus *N* || 15 praeciperit *N* || 16 emitari sententias *N* corr. *Hartel*, mutata sententia *Mai* || 22 lectioni *N*, lectionis *Mai* || reum *N*, arguit con. *Mai* || 23 quod] quam *N*.

Uerum si quis nobis dicentibus participium uerbi actiui temporis praeteriti habere conparationis gradus obicere uoluerit, ac dicere quod quoties haec participia comparata fuerint, quae infra sumus possituri ut *sapiens amans*, quia haec rite comparantur, nomina potius participiorum similia debeant aestimari, non mihi uidetur arguendus aut etiam improbandus. nos quoque ipse non inprobet, qui quod a peritis nostris didicimus, instanter deffendimus atque asserimus. astipuletur mihi in hoc Maeuius uir in carminibus dulcissimus, de quo illud praecentum est: *qui fauum mellis non amat, odit tua carmina, Maeui*. hic eloquentissimum carmen in octo partes orationis edidit, in quo haec ait: *participium generis omnis omne tam ex uerbo quam etiam ex nomine comparatiuum rectogradum trahit iure: sed et superlatiuium eodem receptat more*. in quo ostendit omne genus non solum appellatorum nominum, uerum etiam uerborum hiis praedictis gradibus comparari.

Sunt etiam participia, quorum uerba non tam usitata sunt, et ideo negantur fieri participia, sed aestimantur nomina esse participiorum similia ut *togatus, tunicatus, mitratus, calciatus, gladius, hastatus, scutatus*. quod si ita est, secundum hanc rationem et haec ita esse dicamus *praecinctus, uestitus, amictus*; quorum tamen uerba omni legenti paratissimo frequentissimoque suppetant usu. et quomodo illud Aeneae stabit? *militēs inquit tunicantur*. et iterum, *quis gladiabitur in bello?* Horatius quoque *magno inquit impetu facto hastauerunt se omnes et calciauerunt et scutantes se inruerunt*. uides ecce quomodo haec actiua uerba inueniuntur, et non modo actiua simpliciter, uerum et tripliciter: manifeste enim ostendit sensus

3 ac] ad N || 4 imfra N || 5 rite N || 7 ^{im}probandus N || 8 didicimus N || 10 Meius vel Mevis (me corr.) N || dulcissimis N || 14 aex N || 22 metratus N || astatus ex estutus N || 23 ⁱⁿ hanc N || 24 pracinatus N || 25 parantissimo N || 26 suppitant N || et quō N || 29 impetus N.

lectionis haec uerba secundum actiuam significationem bis agere et secundum passiuam tertia uice. dicis enim *hastauit se hasta* et *hastatus est hasta*. hoc et de omni uerbo, quod ornandi deornandive efficientiam tenet, incunctanter accipi potest ut *orno*, *corono*, *calcio*, *uestio*,
 5 *amicio*, *cingo*, *tunico*, *hasto*, *gladio*, *mitro*, *armo*, *spolio*, *nudo*, *amicio*, *fraudo*. sic et secundum animi ornamentum ut *doceo*, *erudio*, *inbuo*, *instruo*, *informo*.

Uerum huius epistolae oportunus quidem finis in-
 10 mineret; sed quaestio quae perdifficilis est ad soluendum, cogit sermonem paulo longius progredi. etenim cum a deponenti uerbo tria participia uenire non dubitetur, est uerbum deponens ex quo quattuor participia trahi uidentur ut *orior*, ex quo est *oriens* *oriturus* *ortus*
 15 *oriundus*. quaeritur itaque qualiter hac ratione uti debeamus, cum uerbum passiuum non sit, ex quo trahatur. *oriundus* uidetur quibusdam non esse participium, sed nomen participii temporis futuri simile ut *furibundus*, *laetabundus*, *gaudibundus*, *natabundus*. sed
 20 haec opinio non mihi uidetur esse conueniens, nam participium *oriundus* nemo ambigit. sed super hoc Galbungum interrogans simul Aeneam, ab eis uniter audiui, quia hoc participium sicut et *ortus* praeteriti temporis sit; unde et in annumeratione participiorum
 25 interposita coniunctione distinctiua, sic dicimus *oriens oriturus ortus* uel *oriundus*: ex quo ostendimus, haec

10. *Exc. Bern. 200, 7 et Leid. f. 80^a*: Est quaestio perdifficilis quaeritur (queritur *L*) itaque, qua ratione uerbum deponens et tria participia (participia tria *L*) sunt ut *orior*, *oriens* *oriturus* *ortus* *oriundus* cum non sit passivum ex quo trahatur. super quo Aeneam (eniam *L*) et Galbungum interrogans ita responderunt, haec (hec *L*) duo participia 'ortus' *oriundus* unius (umus *B*) esse.

1 activa significatio *N* || 3 *astavit*—*astam* *N* || *hastatus*—*hastam*—*hastatus* *N* || 4 *deor^a andive* *N*, *decorandive* *Mai* || 5 *calcio* *N* || 6 *amitio* *N* || 11 *ser paulongius* *N* || a] ad *N* || 13 quo || quattuor *N* || 15 ac *N*.

duo participia unius esse temporis, et ideo recte scribimus *oriundus erat*, non *erit*.

Sed hac soluta quaestione, alia in eodem participio suppetit quaestio, quare non scribamus *oriendus*, cum sit *oriens*. qui prudenter uerba nouerunt scribere, distinctionem in omnibus seruant, in modis et personis. sic enim declinatur *orior oriris oritur orimur orimini oriuntur*. sic et in omni uerbo tertiae coniugationis siue productae siue etiam correptae *u* in tertia persona pluralis numeri semper adsumitur, ut *audiunt legunt, metiuntur*. hoc ideo, nam si *e* scribatur, futurum tempus aestimatur. uidetur tamen mihi mirum esse, quare non sic scribitur *oriendus* per *e*: forte ne passiuum putetur esse uerbum, ut *legendus*. rursus quaero, cum *oriundus* scribitur, quare etiam in participio temporis praesentis non ita scribitur *oriens oriuntus*. hoc non est consuetudinare, nisi in participiis uerborum quartae coniugationis, ubi per octo per *i* et *e* <in> nominatiuo cassu, in reliquis cassibus *i* dempta *e* et *u* ponuntur, ut est *iens euntis* sic *quiens queuntis, transiens transeuntis* et cetera.

Alia nobis quaestio inminet solutionis satis indiga, quare sepe inuenimus scribi *standum sedendum audendum loquendum*, cum neutrali uerbo nonnisi duo participia uenire consuescant, et a deponenti tria tantum trahantur. hoc autem uidetur participium passiui uerbi

22. *Exc. Bern. 200, 12 et Leid. f. 80^a*: Alia questio, quare scribi (scriptum *L*) inuenimus sepe standum — addendum — cum a neutrali uerbo (cum a neutralium bo *B*) — participia (participio *L*) et a deponenti tria tantum participia uenire consuescunt (consuescunt *B*). sed hoc ad impersonalia uerba referendum, quorum quae praediximus sunt inpraesentiarum (inpresentiarum *B*): ‘inpraesentiarum’ (*om. L*) — adverbium temporale est (*om. L*) ut praesertim (praefertim *B*). cf. *infra p. 169*.

2 erit] *ex erat N* || 11 nisi *N corr. Mai* || 13 forte ne forte *N* || 18 per *i*] *fort. pro i* || in *add. Mai* || 19 pununtur *N*.

imitari, cum dicis *gaudendum* siue *meditandum*. sed hoc ad impersonalia uerba referendum, quorum participia sunt haec quae praediximus. sunt etiam participia quae deficere putantur temporibus, quod ualde
 5 mirum est, cum ipsa uerba non deficient. credere itaque non debemus quod participia uerbis adhuc ex integro possitantibus deficere possint. participia autem talia sunt: *studens*, nam participium hic temporis futuri a plerisque negatur haberi, ut *studiturus* non dicatur;
 10 quod ignoro quam praeue putetur, nisi forte cum praeteritum tempus indicatiuo modo uerbi huius non accidere credatur; quod penitus non conuenit, quia sepe legimus *studui*. est etiam aliud participium temporis futuri, quod solummodo ceteris abdicatis inueniri posse
 15 aestimatur, ut *urguendus*, quasi *urguens* legi non possit; quod quia frequentissime legimus, exemplis non indiget. sic etiam *urgiturus* et *urgitus*. dicunt etiam quod *coeptus* defectiuum participium sit: compellimur et nos in hoc assentiri eis, quia *incipio* neutrale uerbum est. sed forte
 20 dicas, quia *cipio* actiuum est, ex quo *coeptus*. non ita est, nam ex hoc uerbo secundum passiuam significationem non *coeptus* sed *captus* uenit.

Mirans itaque quomodo passiui uerbi participium a neutrali uerbo uenire possit, super hoc Aeneam
 25 interrogasse memini, et taliter mihi respondit: hoc non esse participium, sed nomen adiectiuum participio simile. hoc Aeneae de isto participio iudicium est. cum itaque audissem eum diffinite dicentem, quod a defectiuis uerbis defectiua participia semper esse debeant, interrogau
 30 eum dicens: *quomodo ergo, mi domine, ab illo uerbo, quod in personis defecit, inuenimus participium nasci, ut est 'decens' a decet?* tunc ad me subridens ait: *moneo te, fili, ne similitudine aliqua seducaris:*

1 imitari *N* || 7 po^s sitantibus *N*, poscitantibus *corr. Mai*, prostantibus *Hartel* || 10 brevem *N*, bene *Mai* || 14 inuenire *N* || 18 defectium *N* || 23 mira mirataq; *N*, mirans itaque *Mai* || 24 neutrale *N* || 28 ad *N* || 30 done *N* || 32 diecet *N*.

multi etenim non intellegentes uim latinae orationis, ducti similitudine, partes pro partibus ponunt; sicut et illud, quod sepe legere solemus 'inpraesentiarum' confundunt nescientesque quid sit, demunt syllabam extremam 'rum' ut ponant 'in praesentia', facientes ablatium 5 casum cum praepositione, quod omnino conueniens non est. nam 'inpraesentiarum' unum aduerbium facit temporale, ut sit quasi 'praesentim' simile: et in hoc modo seducuntur, quia putant fatis 'decens' participium esse. nam haec uerba, quae secundum personas deficiunt, ut 10 'deceat, oportet, tedeat' et cetera, participia nulla habent. superest ergo ut 'decens' intellegas nomen esse adiectiuum, participii quidem simile, sicut et 'condecens' es 'indecens' et 'perdecens'. haec Aeneas. uerum quoniam de participio et in hoc et in supra memorato sepe opusculo 15 sufficienter edisseruisse me arbitror, oportunum huic epistolae finem dabo.

VI. DE CONIUNCTIONE.

Uidetur mihi, fili carissime, haec pars orationis, quae coniunctio uocatur, similis esse incastraturis quibusdam uel nexuris, quibus uincienda quaecumque col- 20 ligantur molimina, maximeque tabulatorum. tali etenim modo haec particula coniungit et conglutinat dictiones ac sententias. cuius potestatem in quinque species diuisam ueteres annumerant, quarum prima est copulatiua, quae proprie dicta coniungit. in copulatiuis con- 25 iunctionibus, quae numero sex sunt *et ac at adque ast, ce* graeca assumitur: extreme enim apud Grecos pro *et* semper ponitur. et haec copulatiua subiunctiui ordinis fieri solet apud nos dumtaxat: ceterum in sua

4 extremam N, extremam Mai || 8 simili N || 9 vatis N || 15 spera N || 16 edissermissime (e₁ ex i) N || EXPLICIT QUINTA DE PARTICIPIO. INCIPIT SEXTA DE CONIUNCTIONE N || 18 carissime || 21 molimina N || maximeque N || etenim (e₂ ex i) N || 25 ppⁱ aedicta N.

propria lingua sepe praeponitur. a nobis autem pro-
 nomini demonstratio uel reuelatio, quae monosyllaba
 sunt, subiunctim adplicatur per syllabae illius ut puto
 adiectionem, ut si dicas *hicce haecce hocce isce eace*
 5 *idce*. sed et omnibus pronominum cassibus praedictorum
 subiungi potest. sed forte dicas, quia pronomen rela-
 tium generis feminini *ea* non unius syllabae, sed dua-
 rum est; uerum est quidem quod duo syllabae sint *ea*,
 sed tunc id fiat, quando nouissimam consonans quae-
 10 libet consequetur, ut *eam, eas, eos* et cetera, ut una
 longa litera contra duas breues conponderata, utraque
 syllabam faciat; nam duae solae uocales in unam syl-
 labam redigi possunt: unde quia *ea* una syllaba est,
 adicimus *ce*. non necesse fuerit. & uero duae sint li-
 15 terae *e* et *t*, sed in copulatione uno stilo caraxantur et
 sub una dictura dicuntur. sed in uerbo tertiae personae
 non &, sed *et* scribi debet, ut *uacet sulcet*. errant etiam
 qui in copulatiua *ac* aspiratiuam *h* scribunt, quae in
 solo habenda pronomine est, quod per omnes cassus
 20 hanc eandem recepat, ut *haec huius huic hanc ab hac*.
 sciendum sane est, quod in coniunctionibus potestas
 sepe motetur, pro qualitate sententiarum ac ratione
 sensuum. nam *ast* et *at* sepe non copulatiuae con-
 iunctiones sed expletivae, siue ut melius dicimus, dis-
 25 cretiuae dicuntur: non tam enim sententias coniungunt
 quam discernunt. nescio enim quomodo expletivas uo-
 cemus, quae et sensus et personas motant ac discre-
 pare faciunt. sunt autem hae coniunctiones discretivae:
at ast sane uero porro autem ceterum. sunt etiam aliae
 30 coniunctiones, quae copulant sententias, quaeque licet
 pro causalibus uel rationalibus accipi dicantur, si ue-
 ritas nominis iuxta qualitatem sensus inquiratur, rectius
 conplectivae dicendae sunt. quae sunt autem conplec-

1 pnomini N || 2 momonassyllabae N || 3 amplicatur N || per]
 p N || 5 casus N || 10 consequetur N || 13 ea s. l. N || 14 addicimus
 N || non] non vero *Mai, fort. recte* || fuerit ut et *coni. Mai* || 17
 & sed & — & uac& sulc& N || er^rant N.

tiuae? *cum dum nam namque quia quoniam etenim enim* et cetera.

Mirandum autem, immo deflendum est totoque lugendum affectu, quod cum ceterae orationis partes, tum maxime coniunctiones confusae et circumiectae ⁵ sint, in tantum <ut> inter causales et rationales nulla pene distantia sit. Donato meo parcam, qui hanc orationis partem maxime confundit, quod frater eius Don rectissime reprehendit, qui rectissime iteravit: sunt coniunctiones iteratiuae, quae eundem sensum ¹⁰ eandemque sententiam iterant; quae sunt: *item itemque itidem idemtidem tantundem rursum denuo iterum*. sunt tamen apud Affros scriptores, qui haec aduerbia potius adfirmant esse iterandi.

Causales autem coniunctiones sunt quae retractandi ¹⁵ et quodammodo destruendi sententiam habent causam; quae sunt: *si nisi nisitamē uerum saltimne sed donec usquequo quoadusque usquedum quatinus quamdiu quamuis quamquam quamlibet siquidem* et cetera. rationales autem sunt quae ex praecedente sententia rationem ²⁰ sequentis requirunt; quae sunt: *ergo ideo idcirco itaque propterea epita igitur ceros quamobrem proinde pro hoc quapropter propter quod* et cetera. sunt etiam quaedam coniunctiones adsimilatiuae; dicuntur eo quod a uerbis similitudinis respondent, ut *sic ita perinde*. sunt etiam ²⁵ participes, quae et aduerbia et coniunctiones communi modo dicuntur, ut *paulatim utique etiam equidem interea praeterea*. dicimus enim *interea* coniunctionem rationalem pro *ergo*. dicimus etiam *interea* aduerbium temporis pro *tunc*. dicimus etiam loci aduerbium ut ³⁰ *ubi*. tunc etiam ipso dictionis breuiatur accentu. sunt etiam coniunctiones reuelatiuae, quae sensum reuelant, ut *scilicet uidelicet illicet*.

4 orationes *N* || 6 ut *add. Mai* || 8 quot *N* || 9 quia *N* || 10 coniunctionis *N* || 13 inter Afros *coni. Mai*, nam post inter spatium est in codice || quae *N* || 16 habet *N* || 19 ^{quā}libet *N* || 24 coniunctiones] quae *add. Mai* || 26 partes *N*, pariter *Mai* || 29 enim *N* || 31 accentu *N*.

- Scire et hoc debemus, quod coniunctiones omnes aut praepositivae aut subiunctivae aut communes sunt. sunt etiam quae nullius ordinis. sunt praepositivae: *et at si quoniam ac atque porro ceterum ceteros*. subiunctivae: *autem uero*, *que scilicet* et cetera. communes: *ergo ideo itaque, idcirco per hoc proinde, epita igitur, que*. nullius ordinis sunt: *iterum paulatim saltem*, non enim ad ordinem dictionis, sed ad qualitatem sensus attinent.
- 10 Possim quidem de coniunctione paulo latius tractare, sed quia et a nobis et a multis sepe scriptum est, idcirco posita una dictione, quae utilis fore legentibus censenda est, cetera relinquemus intacta. duae coniunctiones si una in dictione positae fuerint, id est
- 15 complectiva et rationalis, a sese solventur et nullius alterius sententiae ratio poscetur, ut: *quoniam ergo, quia igitur, ideo quia, unde quoniam, quoniam idcirco* et cetera. hiis dictis finis epistolae inponendus est.

VII. DE PRAEPOSITIONE.

- Septima mihi epistola de praepositione ordienda
- 20 est. sed quia de usitatis praepositionibus usitatus sermo

19. *Exc. Leid. f. 82^b*: De praepositionibus musitatis (*lege inusitatis*) ex quarto latinitatis genere philosophiae accusativae praepositiones: eon pro apud, ciron pro adversum, materion pro circa, statuim pro pene, farac pro secundum, sarium pro propter, giabil pro in citra, luim pro iuxta, salion pro ante, tharost pro citra, rectim pro erga, relas pro prope, longeon pro ultra, spelum pro supra, caom pro penes, levim (*ex clevim*) pro secus. nunc ablativi casus praepositiones: respon pro coram, peipsa (*p₁ ex p*) pro sene, aram pro tenus, aspois pro palam, apsa pro absque, at utrisque casus praepositio: sandon pro super, madus pro subtus, lidon pro subter.

2 communis *N* || 4 poaro *N* || 5 quae *N* || 6 per hoc quod *N* || aepita *N* || 8 ad] et *N* || ad] et *N* || 15 a sē a sē *N* || EXPLICIT SEXTA DE CONIUNCTIONE. INCIPIT SEPTIMA DE PRAEPOSITIONE *N* || 19 ordenda *N*.

pene pueris philosophorum est, ideo inusitatas prae-
positiones ex quarto philosophiae latinitatis genere su-
mamus, hoc primitus scientes, quod monosyllabae prae-
positiones nullum aliud praeter usitatum genus habeant,
ut *a ad e de ex pro prae cis post trans in sub cum* 5
clam. hae in nulla experta, qua utimur latinitate,
penitus habentur. dabo ergo praepositiones cassus accu-
satiui: *con* pro *aput*, *salion* pro *ante*, *cyron* pro *ad-*
uersus uel *contra*, *trasso* pro *citra*, *matyrion* pro *circa*,
rectim pro *erga*, *statuim* pro *pone*, *relas* pro *prope*, 10
farax pro *secundum*, *longeon* pro *ultra*, *sarium* pro
praeter, *sepelum* pro *supra*, *gabil* <pro *usque ad*>, *caom*
pro *penes*, *liuim* pro *iuxta*, *leuim* pro *secus*. nunc ab-
latiui praepositiones: *respon* pro *coram*, *aspon* pro
palam, *peripsa* pro *sine*, *absit* pro *absque*, *aram* pro 15
tenus. item ad utrumque communes, *padon* pro *super*,
lindon pro *subter*, *madus* pro *subtus*.

Nunc nisi molestum est, ut haec luceant quae
paulatim obscura sunt, maiorum demus exempla. lo-
quitur ecce Andrianus quidam, uir in soluendis pro- 20
blismatibus admodum eruditus '*con tecta numande iu-*
belos soni et laetitiae'. hoc est dicere *aput habitatores*
tectorum. Glengus quoque ille nostri Maximiani
pater in expositione de diis facta ita exorsus est: *salion*
solem dii erant, id est *ante solem*. idem etiam in la- 25
tinitate opimū erat, alio intulit in loco *sepelum pere-*
neum wissere montem, id est *supra montem*. Galbungus
quoque in quadam epistula ad Assianum scripta Gur-
gilium, *altitudo inquit eloquentiae tuae gabil peruenit*
aethera, id est *usque ad aethera*. ego quoque olim, *bel-* 30
latis inquam cyron me, hoc est *contra me*. harum prae-
positionum accentus non tam subtiles sunt in uersu

1 id et *N*, idcirco et *Mai* || 3 monassyllabae *N* || 4 usutatum
N || 6 expta *N* || 7 da *N* || 8 eon *N* || 10 erga (a *ex* &) *N* || 11 farax
secundum pro *N* corr. *Mai* || 12 pro usque ad *add. cf. infra* || 14
praepositionis *N*¹ || 19 paulatim *N*, paululum corr. *Mai* || 21 eon
N || 25 idem] id est *N* corr. *Mai* || 31 cyçeron *N*.

quam necessarii propter tegenda misteria et propter experimentum docendae huius latinitatis. haec de inusitatis praepositionibus dicta sufficiant; nunc ad nostras redeamus quae in usu semper sunt.

5 Nulla praepositio debuit in *d* finire, nisi quod nos necessitas cogit discernendorum utique fonorum maiorum scita transgredi. nam quia aduerbium in *t* exire certissimum est uel coniunctionem, ut *ad*, cogimur in praepositione adscribere per *d*. nam *at* aliquoties aduerbium temporis est praesentis, iuxta illud Uirgilianum: *at pergite ad proeliandum*, id est *nunc pergite*. *apud* autem per *t* semper scribi debet: sed quia *apud* nomen scribitur neutrale ligni scilicet illius, quo tundenda quaeque uel terrae iniectanda feriuntur, id
15 circo *apud* per *d* scribere solemus.

Inter *cis* et *citra* hoc interest, quod *cis* ad proximorem interposito dumtaxat monte uel flumine, *citra* uero ad longiorem pertinet locum, unde et ceteriora et longiora dicuntur. *trans* uero ad utrumque referri
20 potest, licet motabiliter, hoc est in transitu tantum sic accipiatur. nam quicumque scribere uel etiam dicere audent *aliquos habitasse trans mare*, non incaute tantum sed pessime ac peruersissime dicunt. ita enim ordiri debet sententiam, ut dicatur *trans mare uadunt*
25 uel *ueniunt*; *habitant autem cis mare uel citra*. inter *ultra* et *citra* non parua distantia est: nam *citra* etiam montis uel fluminis interiectu dici potest; *ultra* uero ad ultima uel remotissima loca uel deserta semper refertur. inter *absque* et *sine* hanc ueteres ponebant
30 discretionem, quod *sine* semper in bonam ferebant partem, *absque* autem in malam, ut *sine peccato*, *absque sapientia*. sed hoc obseruamentum utrimque confusum est. non autem satis certum est utrumnam utrumque utroque dici possit modo, an potius scriptorum errore

3 nostrā *N* || 7 te *N* || 11 ac *N* corr. *Mai* || 18 ceteriora *N* || 26 paura *N*, pauca *Mai* || 31 ut] et *N* || 34 scriptorum (u ex e) *N* || errorem *N*.

ordo ratioque dictorum commixta sint. hoc sane omnibus recte legentibus datur intellegi, quod *sine* incommutabili ratione ad id refferatur quod cuiquam rei omnino non inest; *absque* uero ad duplicem sensum pertinet, siue eius rei qua quis in totum caret, ut dici ⁵ solet *animalia sunt absque intellectu* intellectum utique non habentia: siue eius, excepta qua ceterae uel obscurantur uel negantur, uel etiam eius cum qua simul aliqua uindicantur.

Multa sunt huius rei exempla iuxta illud quod et ¹⁰ ego hesterno feceram anno, cum librum de mundi creatione commentarium aduersus paganos ediderim, cuius principium est: *absque deo nullus est solo, qui omnia creat.* hiic est obscuratio et negatio simul et laudatio continetur: cuncti enim dii qui dicuntur, ob- ¹⁵ scurantur et negantur, et solum omnium laudatur deus. hunc sensum habet et *praeter*, secundum illud *nullus praeter te sapit.* in eo autem quod Andreas quidam scripsit de Pyrrho *absque Assiae* inquit *uiribus, in comitatibus habuit X milia*, hoc <est> dicere *cum Assiae* ²⁰ *uiribus.* *tenus* a multis subpositio, eo quod subiungitur, sic uocatur, ut dicimus *nocte tenus.* et composita *qua* cuniunctionem ex se reddit causalem, ut *quatenus dicat*, hoc est *usquequo dicat.* *ante* quoque duplicem habet sensum: siue enim de anteritate temporis dicitur, ut ²⁵ illud *ante secula fuit*; siue etiam pro *coram* accipitur, ut illud: *ante tribunal sedebat* hoc est *coram tribunali.* *circum* et *circa* et *erga* a nobis pridem quid intersit ante expositum est. itaque de praepositionibus haec breuiter satis edicta fiant.

30

2 incommutabili N || 7 eius] rei add. Mai || 8 cum] eum N || 9 vindicatur N || 11 esterno N || 12 cūmentatorium N || aediderim N || 14 huc N || 18 praeterite N || quidem N corr. Mai || 19 Pyrrho N || Asia N corr. Mai || 20 est add. Mai || 28 inter circum Mai || 29 intersint N || EXPLICIT SEPTIMA DE PRAEPOSITIONE.

VIII. DE INTERIECTIONE.

Nunc de <interiectione> pauca dicamus. interiectio est quidem pars orationis, sed tam inusitata, ut nisi quia a Grecis non adnumeratur, latina esse non putetur. in oratione autem, quae raro a nobis legitur, multae
 5 interiectiones sunt, earumque significationes copiosae sunt. gloriandi, ut *rassam*, *rauc*, *samia*, *sarap*. laetandi, ut *euge*, *salecon*. post clamandi, ut *heu*, *ehunaue*. festinandi, ut *max* et *cetiu*, *salum*. laborandi, <ut> *faticalpin*, *eugan*. mirandi, ut *euax*, *affario*. suadendi,
 10 ut *quesgoor*. gemendi, ut *tatans*. lugendi, dolendi, ut *pappen*, *leon*. haec de interiectione dicere contenti cetera praetermittamus: nulla enim pene earum ad dicendum nobis prompta est excepta una quam pene praetermiserimus, quae est lamentandi cum aspiratione
 15 dicenda, ut *uae*, quae tam firma est, ut a multis ambiguatur, utrum nomen an uerbum an certe aduerbium sit.

Licet in clausula operis mei ludos tibi philosophorum exponere, licet ex pluribus paucos tres de Aeneae
 20 ponamus sermone. dixit mihi: *uide, fili, doceat te lapis hic nudus, quem uides aquis conrossum; sic sapiens aquis suis conroditur, hoc est sapientiae studiis infoenosum in mundo habitat*. uidens praeterea solem orientem ecce inquit *equus ex suo silit repagulo, totum percurrens*
 25 *campum, quoad idem equile reuersuro mulae cum pullis locum dat siliendi in campo caelorum*. in mula lunam, in pullis stellas, in repagulo mare significans. tertio

INCIPIT NUNC OCTAVA DE INTERIECTIONE N || 1 interiectione add. Mai || 3 adnumeratur N || 7 salec N || ehunave] an eheu ave vel euhoe? || 8 unt N || ut addidi || 9 suadandi N || 10 gimendi N || legendi N || dolandi N || 13 dicendum N || prmpta N || 18 liceat Mai || lidos N || 20 sermones N || 22 studiis N || infoenosus Mai || 23 habitat] Hartel, habeto N, habetur Mai || praeterea N || 24 equus] decius N corr. Mai || rapagulo N || 25 euele N || neversuro N corr. Mai || 26 caelum N corr. Mai || 27 irapagulo N corr. Mai || tertia N, tertium Mai.

dixit: *quis amat? nisi qui non redamat.* Galbungi
 ludus est *quae, inquit, tota una transuolans hora*
puncta? anthropeani mens uno sub totum momento per-
uolans polum. mei quoque lusculi et in cunctis tibi
 pareant minimi, qui plus aedificent quam noceant lec- 5
 torem: *uatum personet ponticum ponto ex natum naturo*
naturum naturam nataturo: terni terna flumen fontes
fronda ex una undatim daturi sepna semper atur aspir-
annis perennis rectis re perque tura toregmatis magna
dei decies dena dilfensum quam possit molos minulatur 10
atroci saeuo seu ignoro nimphae neganda. gnaro ab
ignando, gnaris ab gelandis. leto lectisque lux oro suis
solim in trono trino uno omni praesim potente deo digna
regna regnaturo torii per cuncta cunctorum aeterno aeuo
efandi secula.

15

1 radamat *N* || 3 anthrophea *N* || 4 et] *fort.* vel || 5 quae
 pius *N* corr. *Mai* || 7 natuñ *N* || nata^{ta} turo *N* *fort.* nata naturo ||
 11 ignoro (o, ex d) *N* || 12 gnaris] r in ras. *N* || ab gelan *N* in
 ras. || 15 efandi vel esandi *N* || secula] *lusculorum neque sensus*
extricare neque verba emendare potui || FINIUNT BIS QUAE-
 TERNE MARONIS EPISTOLAE FELICITER SALTORE PER-
 SCRIPTAE//// *N*.

I. INDEX AUCTORUM QUOS CITAVIT VIRGILIUS.

- Aemerius* (fort. *Aemilius*) 22, 17
Aeneas grammaticus 7, 3.
 30, 10. 33, 11. 34, 1. 7. 35, 10.
 49, 1. 7. 14. 52, 1. 18. 54, 14.
 60, 14. 62, 23. 63, 8. 68, 20.
 69, 3. 72, 17. 76, 7. 81, 9. 29.
 82, 4. 92, 8. 122, 11. 123, 29.
 127, 30. 143, 3. 150, 16. 154, 1.
 157, 28. 160, 12. 28. 161, 3. 8.
 16. 162, 3. 165, 26. 166, 22.
 168, 24. 27. 169, 14. 176, 19
Alexander 78, 31
Andreas quidam 175, 19
Adrianus 173, 20
anonymus quidam 25, 19.
 113, 3
Asporius (*Asperis P*) 5, 14
Balapsidus 92, 7
Bientius 137, 32
Bregandus Lugenicus 162, 21
Cato 51, 19. 68, 3. 70, 17. 72,
 2. 27. 77, 1. 85, 16. 125, 7.
 22. 153, 2. 13
Catonius Africanus 146, 8
Chromas 150, 14. 151, 12
Cicero (non *Arpinas*) 27, 7.
 29, 4. 32, 21. 36, 1. 46, 15.
 52, 1. 61, 4 (de *Prassio* vel de
 provi *prassio*) 73, 12. 77, 12.
 31. 79, 5. 16. 27. 85, 17. 116,
 14. 15. 120, 12. 125, 21. 128,
 25. 157, 19
Ciceronis pater Sarricius 123, 12
Cornelius vel *Cornilius* 53, 19.
 133, 14 (*Reginus*). 134, 4. 20.
 135, 14
Dominus 160, 5
Don 15, 10. (*Donati germanus*
frater) 19, 22. 30, 3. 125, 22.
 133, 19 (*prius rhetor et gram-*
maticus) 179, 9
Donatius praetorius 73, 15
Donatus 15, 10. 19, 22. 25, 3
Donatus discens 82, 21
Donatus grammaticus 133, 19
Donatus meus 171, 7
Donatus senex 81, 2. 83, 8. 87,
 23. 147, 23
Emilius rhetor 77, 15
Fabianus poeta 48, 15
Falangis Lacedaemonici cuius-
dam viri liber 137, 19
Fassica femina 123, 6
Felix, Alexandrorum magister
 18, 8
Flaccus vide *Horatius*
Gabritius 126, 11
Galbarius 163, 31. 32
Galbunus 10, 4. 77, 20 (in
laudibus indefunctorum) 109,
 23. 116, 5. 122, 14. 20. 123,
 16. 23. 125, 23. 133, 13. 134,
 21. 146, 26. 159, 8. 162, 1.
 166, 22. 173, 27. 177, 1 —
Galbungi scola 60, 13. 109,
 17. 114, 10. 136, 24 — *G. au-*
ditores 122, 2. 147, 15
Galirius grammaticus 146, 13
Gallienus 129, 2
Gallus noster 129, 11
Gelbidius (fort. *Helvidius*) de
Ambrosio 36, 3

- Gergesus* 15, 15
Glengus 5, 14. 55, 2. 68, 14.
 121, 9. 122, 26. 133, 13. 161,
 24. 173, 23 (pater Maximiani)
Graecus orator 149, 15
Gratianus 62, 17. 63, 2 (gram-
 maticus) 74, 22
Gregorius 92, 15. *Gregorii duo*
 133, 14
Gurgilius Assianus 173, 28
Hilarius Lucani frater 54, 8.
 79, 1
Homerus 44, 20. 49, 11
Honoratus grammaticus 21, 6
Horatius 30, 16. 38, 14. 151,
 28. 165, 28 — *Flaccus* 30, 18.
 43, 13
Isceus quidam Affricanus 128, 5
Istrius 24, 8. 74, 16, 91, 21. 92, 4
Iulianus, pater Donati ac Do-
nis 19, 22. 133, 12
Iulius diaconus 105, 1. 106, 15
 — *Iulius doctor* 157, 33
Iuvanius (?) 54, 8
Lapidus 19, 1. 8
Lassius orator 107, 12
Latomius condiscens 123, 3
Lucani tres 92, 12
Lucanus 41, 24. 54, 8. 68, 8.
 70, 2. 77, 6. 78, 28. 163, 18; de
 inbecillitate Tuscorum 74, 1
Lucius 78, 4
Lupus cristianus 14, 18. 141, 28
Maceronto graecus discipulus
 113, 16
Maevius vir in carminibus dul-
cissimus 165, 10. 12
Marcellus 68, 5
Maro 92, 16. 19. — 92, 20
Martulis 92, 21
Maximianus in expositione de
diis 173, 23
Mitterius quidam Spaniensis
 114, 12
Origenes Atheniensis 75, 5. 85,
 23 — *O. Africanus* 135, 25. 29
Ossius 163, 31
Perrichius 163, 31
Plastus poeta 151, 1
Propertius 51, 20
Quintilianus 127, 1
Regulus 133, 14 — *R. Cappa-*
docus 138, 24. 29. 139, 29
Sagillius germanus 17, 2
Sarbon, pater Glengi 122, 26
Sarricius, Ciceronis pater 123, 11
Sebastius 62, 20
Sedulus Romanus 138, 25.
 139, 10
Serenus 42, 1
Servilius 122, 18
Sibylla (ex coni.) Cargiensis
 sive Carthagiensis 48, 25
Sufphonia Hebreo scribente
 120, 9
Sulpicius 74, 5
Sulpita (fort. Sulpicio resti-
 tuendum) 24, 7
Tarquinius vates 105, 2
Terrentius 12, 12. 36, 2. 54,
 18. 69, 4. 79, 7. 80, 4. 109,
 16. 17. 121, 20. 123, 16. 20.
 125, 23. 126, 13. 133, 12. 134,
 22. 27. 147, 8 — *T. Terrentii*
filius 129, 14 — *T. Marcillius*
 145, 8. 147, 18
Ursinus 90, 25
Varro 13, 24. 60, 22. 80, 11
Virgilius Assianus 70, 16. 77,
 14. 88, 16. 18. 91, 4. 122, 23.
 125, 22. 146, 11
Virgilius Troianus 77, 26. 125,
 22 — *V. Troianae scholae doc-*
tor 152, 30 — *V. Donati au-*
ditor 88, 13 — *V. tertius* (gram-
 maticus) 88, 17 — *Virgili-*
anum illud 174, 10
Vitellius 17, 3.

II. INDEX NOMINUM.

- Aegyptus* 92, 5
Aeneas deus 6, 17
Aeneas Troianus 127, 31. 128, 1
Afri 171, 13 — *A. scolae* 159, 17
Africa (Africa) 107, 5. 164, 8
Africanus (Africanus) 27, 21.
 23. 128, 6. 135, 25
Alexander Macedo 25, 19
Anneus 5, 1
Arabia 92, 12
Arcas, rex Archadum 15, 11
Archadius 15, 13
Assia 175, 19. 20 — *A. minor*
 19, 1
Athenensis (fort. *Atheniensis*)
 141, 28
Atticorum (ex con.) *praecep-*
tor 147, 20
Aviceanus regalis arcanus 77, 27
Beli cuiusdam regis tempor-
ibus 5, 2
Blastus 82, 5. 6. 7
Cappadocia 91. 5 — *Cappado-*
cus 138, 24
Cato 162, 21
Cebes Cebitis 111, 8
Chebs Chebitis 111, 8
Diana 85, 1
Donatus ille vir avarus 128, 6. 7
Endia 92, 13 — cf. *India*
Europa 109, 15. 164, 9
Fabianus puer 107, 6
Faustus 77, 22
Galli 137, 28. 31. 149, 16
Germani 82, 9
Gordonus 27, 23
Greci 21, 22. 22, 9. 12. 92, 6.
 119, 20. 176, 3 al. — *greca*
metra 25, 6
Hebrei 4, 9. 18. 21, 21. 83, 15,
 91, 20 al. 149, 28
Hi⁺bonorum (an *Hebreorum*?)
 26, 4
Hispanus 91, 21
India 122, 20. 128, 2 cf. *Endia*
Lacedaemonicus 137, 19
Latini 148, 23. 153, 16. 154,
 14. 158, 12 al. — *Latinus* 4,
 23. 24. 5, 4
Mantanus 27, 25
Matrona 17, 8. 10
Misanus 27, 25 — *Misani* 27, 24
Mithridati belli historia 81, 29
Nicomedia 92, 7
Paulus Fabius 28, 7
Parthi de Parthe 28, 4
Persae 105, 3
Phrigius Iulius 82, 5
Pyrrhus (Pyrrus *N*) 175, 19
Rectius 129, 4
Reginus 105, 2
Rigadis regina 123, 1
Rithea Nini regis uxor 119, 11
Roma 25, 3. 27, 10. 82, 9.
 87, 25
Romani 81, 16. 133, 11. 146, 9.
 152, 30
Romulus 87, 25
Samminius 28, 1 (avunculus)
Sauri 28, 9. — *Saurinus* 28, 8
Scipio Africanus 27, 21. 23
Sicilia 42, 1
Spaniensis 114, 12
Stelline, a quodam auriga stel-
 larum 85, 3
Tantalus 27, 6 — *Tantalicus*
 28, 1
Tarquinius 105, 2
Troia 87, 24. 88, 12. 128, 1
Turnus 10, 4. 5.
Tusci 74, 1
Vestra (?) 81, 9.

III. INDEX VERBORUM ET LOCUTIONUM
PRAECIPUARUM.*abditudo* 83, 4*ablativus*: pede pagilla in-
presso 34, 4 casu sermo pro-
trahendus est 35, 18 plurali
numero flecti 37, 14 (*sae-
pius*) igne consistit 8, 7 ex
quo a participiis 159, 2. 171, 24*aboritur quaestio* 52, 11. 20*accidens versatur* 35, 9*accitare*: hoc nobis omnimo-
datum accitatum est 4, 13*accusativus*: pro nomina-
tivo 21, 22. 91, 20. 92, 1. 115,
20. 125, 15. 130, 20. 131, 1. 133,
9. 144, 3. 157, 2. 176, 22 —
quantum suxa fuerint 88, 3
parvum errant 157, 12 — quod
adsentitur 128, 25. 138, 6 —
haec eadem occupata 121, 7*acisco* 139, 9*acus, aci* etc. 31, 18*ad*: coniunctio uxoris ad virum
59, 9 ad hoc 78, 3 non ad auc-
toritatem sed ad ambiguitatem
scribendum est 137, 6 ad duo
excurrentia tempora coniun-
gatur 148, 11 perdifficilis ad
solvendum 166, 10*adhuc* 28, 6*adicere*: verba quae vel adici-
untur syllabis vel deminuun-
tur 66, 2. 3*adiectio punctorum* 34, 7*adinventiones* 125, 12*adorus* 157, 18. 20*adsimulativae coniunctiones*
171, 24*adtitulare* 146, 9*adulta inventute* 7, 9*aedificatio eloquentiae* 76, 13*aeneon*, de Aenea deo — sive
a quo elementis flatus fertur
6, 17*aequiperator* 106, 19*aetereus* i. q. *aetherius*: sapien-
tia 3, 10. 15 affla 4, 6. 15 eli-
mentum 21, 20*affla* 4, 5. 7. 8, 6. 23, 11. 16*agapeta* (adverbia) 70, 13*agglomunt* (fort. agglomerant)
18, 7*aggo* pro *ago* 151, 28. 30. 152, 1*ago* pro *ego* 78, 21*alii* adverbium 114, 23*aliquanta* i. q. *pauca* 72, 12*aliquidatio* 11, 10*alis sive alionis* 125, 20*alliterationis exempla*: veritas
vera 14, 19 s., virum vinci viro
virtutis subito superveniente
69, 6 sapiens sapientiae san-
guinem sugens sanguissuga
etc. 77, 18 summa in summis
celsaque cuncta 91, 16 caelant
caela caeli claraque 120, 10
utrumnam utrumque utroque
174, 33. 48, 17*als* 36, 16*alter*: alterius periti exempla
54, 7*alteralis* 48, 2*ambi* 46, 12*ambiguere* 176, 16*amito* (ab amo) 57, 1*amminiculatio* 9, 11*ammitto* = *amitto* 114, 9*amoenitas* 18, 24*an* = aut 141, 2 — aut = an
142, 13. 143, 13*animalis* (nomin.) 32, 7*annullare* 39, 2*anteactus* 74, 7*antecessor* 143, 25*anteritas temporis* 175, 25*antesitus* 12, 3*anthropeani mens* 177, 3

- antiquaris mos* 150, 20
antiquum (fort. canticum) 76, 15
apologiticum scutum 134, 8
appense 160, 18
aptitudo 16, 14
apud pro in: 75, 1. 87, 23. 88, 12.
 91. 4. 92, 5. 7. 159, 17. 171, 13
aput (nomen) 174, 13 *aput*
 nomen scribitur neutrale ligni
 scilicet illius, quo tundenda
 quaeque vel terrae iniectanda
 feriuntur
arcanus regalis 77, 27
arctura 17, 11
arctus 86, 9 — *arctubus* 8, 9
ardibilis ignis 151, 5
ardon dicitur quod ardeat 6,
 10 *ardon* 87, 6
arenam cessi 18, 14
ars 9, 1. 11, 12. 14. 25, 13 al.
 — *philosophiae artes* 17, 20 —
a. notaria 92, 14 *pronominum*
ars 130, 7 *ars ac disciplina*
 17, 16
artis (nomin.) 38, 6
articulum 46, 24
aspirativus 170, 18
assena hoc est notaria (latini-
 tas) 89, 3
aster 85, 9
astronomia 22, 8
atramentare 5, 18. 89, 2
audaciter 113, 10
audatum expendunt 4, 20
audenter 25, 20
aumatio fructuum 87, 7
aurora lucis 112, 22
aut 116, 24. 128, 15 (fort. ut)
autenticum 44, 15 — *a. lectio.*
 164, 22
autumare 4, 10
avidare 19, 21

bax 29, 1
bel enim mare 85, 19
belba marina 85, 19
belsa: in belsa hoc est in campo
 20, 21. 22

belsavia hoc est perversa (la-
 tinitas) 90, 12
bessu hoc est more feritatis 85, 18
bigerro sermone (fort. Biger-
 rico = Aquitanico) 8, 13
bipertitus 26, 12
bonis (nom.) 41, 24
bovis (nom.) 38, 6
breve (adv.) 6, 5
brevellae 131, 25
breviare (fort. breviari) 114, 5
buonum (ex coni.) 78, 21
buxus 32, 5

calax, calacis ex calore 6, 11
calcare pedem 16, 16. 17
calciatus 165, 22
calesco calescui 139, 2
calisco 139, 8
calisso 140, 17
calvitia 39, 19
canino ore latrare 131, 27
canitus i. q. antiquitus 4, 10
canno pro cano 137, 31. 138, 2
canorum suffatorum auctoritas
 15, 7
cantarum 40, 11
cantarus 40, 10
cantamentum 17, 1. 4
cantatella 17, 2. 8
cantator 13, 2
canticum 15, 10
cantilenae metrorum 13, 9
cantus poetici 15, 23
capisso (capisco?) 8, 2
capitas 85, 25
caracteres cerae 7, 10
caraxare i. q. scribere 5, 13. 7,
 13. 88, 21. 115, 3. 30. 162, 6.
 170, 15
carere c. acc. 128, 23
carminula versuum 8, 1
cata 110, 15
causatio 35, 7
causativus 52, 19
ce graeca 169, 27
cellum pro celum 152, 7
ceros 171, 22. 172, 4

- cers*, *ceris* 36, 23
certi auctores 52, 2
cervus pro cervus 113, 21
chors 39, 1
cines — *cinis* 32, 2
circumflexe 116, 18
circundata 75, 12
clamamo 137, 4
clamatorie 162, 12
clefare 8, 13
clefium 21, 16
codiculus 105, 4
coeuntia 86, 18
cogo, *cogas* 59, 9
coniugis armis dignus 7, 8
collecta i. q. coniuncta 43, 16
comes: si vita fuerit comes 56, 11
commiscere c. dat. 25, 12 *com-*
miscuntur 73, 9
commixtivum genus 63, 23
commonitoria verba 34, 8
communicativus 53, 10
compotaris syllaba 12, 14
comptose 70, 7
con 42, 2. 74, 22. 105, 3 — *con*
 = *illuc* 68, 4. 5
conaffixisse (ex coni.) 137, 27
concupiscibile 52, 9
confundi reprehensione 18, 27
confussibilitas 16, 8
congluten sillabarum 7, 15
congruatus 142, 3
coniunctativus 53, 1. 9. 70, 14
 145, 28. 148, 14. 17
coniunctivus in enuntia-
tis princ.: videatur 17, 14
praesulat 23, 21 unde et multi
 — extorquere voluerint 119,
 20 unde et lectoribus nasci
 — videam 129, 27 ceterum
 — accipiant — intellegant —
respuant 158, 25. 170, 15 —
in enuntiativis relat.: 3, 6.
 5, 16. 23, 1. 27, 14. 41, 17.
 56, 3. 65, 10. 18. 70, 1. 75,
 18. 20. 78, 23. 107, 22. 111,
 17. 113, 15. 117, 14. 119, 31.
 129, 9. 11. 132, 26. 135, 16.
 140, 11. 142, 21. 147. 19. 151, 13.
 160, 8. 19. 176, 13 — *quotiens-*
cumque — *obtegatur* 112, 16.
 — *coni. sine coniunctione*:
non solum huic opinioni cre-
dimus, verum etiam in has
easdem syllabas exeant 110, 5
 (cf. Hartelii indic. ad Lu-
 ciferi opera p. 368).
connumeratio litteraturae 3, 1
conpetentius 49, 22
conpisco conpiscui 154, 30
conplectivae 170, 33. 172, 15
completiorum mos 64, 23
conprobat nullus sumpsisse
 159, 6
consequentia literarum 65, 22
construmentum 4, 15
consueo 137, 32
consuetu vitioso 137, 9
consuetudinare 167, 17 — *con-*
suetudinarie 141, 13
consummatio 21, 12. 14
consummotio 21, 12. 13
conticiscere 121, 4
contraire 3, 8. 48, 20
contrario 30, 1
controversari c. dat. 4, 11
controversius 70, 12
cooperari verbo 69, 1
copulativus 9. 18
corniatus: tauri ceu fronte cor-
 niata 134, 23
corruptibilis 78, 10
crassamen 39, 13
crassamentum 39, 14
craxaturam literarum pinguer
 75, 9
creata natura 19, 13
creator creationis 23, 27
crisposcius 142, 22
crocito 19, 20
cronice: velut per cronicen 67, 17
cuiatim 44, 19
cultura 22, 25
cum temporale cum coni.
velut: 9, 2. 8. 10, 1. 11. 11,
 10. 11 al.

cum caus. *cum* ind.: presertim *cum* — conplet ac retinet 43, 12 — *cum* hic h scribi non debet 113, 15. 48, 25
cupiter 80, 1

dare iuri suo versum 25, 18 — *dare cum* infinitivo: 136, 28. 175, 2

dativus: corpori nominum festinat 82, 25 *dapibus impleat* 87, 5 *terrae influxit* 106, 5 *nonnullis — creduntur* 130, 1 *culmen — discipulatu* 133, 25 *lectoribus animus appetere debet* 141, 11 *herere c. d.* 28, 13. 135, 12

de: de inferioribus ad superiora conscendat 23, 2 *de coniunctativis verba faciunt* 70, 14. 12, 10 *de novo* 108, 3

deacutus 34, 18

deante 128, 26

debere = posse 30, 6 — *flecti debet* 48, 7 *ordini debet* 174, 24

decelsus (*decessus P*) 4, 3. 12

declinamenta 122, 16

declinationis formae rariores: nom. sing. virus 91, 3 — *gen. sing. nexui* 72, 13 *neutri* 44, 12 — *acc. virim* 26, 11 — *abl. mare* 17, 3 — *nom. et acc. pl. regis* 14, 12 *omnis* 51, 3 *vocalis* 87, 21 *vatis* 105, 14 *multimodis* 134, 26 — *saeculi* 64, 9 *elefantui* 85, 17 — *haec (fem. pl.)* 109, 20 — *gen. dium* 13, 26. 14, 13. 48, 26 *virum* 36, 17 *legentum* 60, 26 *mensuum* 91, 6. 127, 2

decursus (part.) 24, 24

deffendentia = *diffindentia* 17, 5

deffiteri 30, 8

defido 127, 8

degerere 49, 16 — *degesto* 161, 10

delerramenti vice 48, 24

deluvium 40, 13

deornare 166, 4

deponentia: indagari 15, 24 *prophetari* 114, 25 *ordinari* 149, 31

depresis = *depressis* 62, 22

desentivus 142, 4. 7

deundare 20, 19

dialecta 17, 20 — *dialectica ars* 22, 1

dicessiva (adverbia) 70, 13

dicico 137, 1

dicio (*dictio P*) 6, 10. 8, 8. 46, 4

diciosus, diciosior 9, 8

dictura 148, 24. 170, 16

dies (fem.) 107, 23 al.

diffensionis auctoritas 125, 3

difficio 138, 6. 23 al.

diffinio 124, 20. 162, 33 — *diffinite* 168, 28

diffinitio 164, 18

diffissio 30, 21

dilectio 82, 25

diligentur = *intellegentur* 152, 22

directare ordines 7, 12

discens i. q. *discipulus* 15, 10. 82, 21. 92, 23 — *condiscens* 123, 4

discipulatus 133, 25

diserere = *disserere* 44, 7

discredere 124, 20

discretus ordo 111, 2

describere 25, 3. 10. 163, 22

dissyllabata 155, 15

distructio 139, 32

diversari 140, 6

diurnos dies 14, 23

divitia i. q. *causa* 26, 2. 42, 9

docillimus 107, 6

doctor 18, 20. 25, 5. 9. 81, 18. 163, 29 — *doctores ecclesiastici* 136, 2

domus, domi etc. 31, 18

dubius: sine dubiis 123, 8

dui, duorum 46, 11 — *duum* 45, 16

duumdecim 5, 19

ecplanare 156, 19

effibrans 19, 18

efficientia 74, 7. 140, 1. 148, 3. 151, 25. 166, 4

ego, egis 115, 11
egregium 42, 12
elimatius 70, 5
eliminatio hoc est inscriptio 22, 1
ellipsis verbi esse usitata
cf. 44, 16. 47, 9. 55, 9. 56, 8.
 91, 12. 108, 7. 15, 121, 21.
 125, 17. 130, 12. 135, 30. 136,
 17 — (est) 38, 4. 71, 21. 115, 11.
 128, 29 — sit 142, 4. 163, 3.
 169, 20 — essent 138, 18
eloquentio 5, 15 — *eloquutio*
 132, 20
eloquentiola 106, 6
eloquentissima scripta 139, 16
emulis (nom.) 4, 16
emulitas 17, 22
epistolaris manus 137, 33 e.
sermo 155, 28
epita (ἔπειτα) 171, 23, 172, 6
epithalamion 105, 21. 106, 9
eptametrus 24, 26
equile 176, 25
erga sapientiam = pro s. 18, 17
ergo = saepe 70, 15
ergum affectus dicitur 75, 17
ergum 162, 7 *ergis* 117, 4
erogare 26, 1
ers 33, 20
espectat = *spectat* 86, 3
et = quoque (passim) — *ego*
et 19, 14. 114, 24
etiam = etiamsi 173, 25
ex: maxima ex parte feruntur
 109, 16
exametrus 24, 26
excedo: unde pene excessum
 est 162, 30
excepta 92, 24 — *excepto cum*
 11, 9. 118, 12 — *exc.* si 119, 27
excidere = *excedere* 116, 26
excurrentia tempora 148, 12
exinterans = *exenterans* 29, 17
explananter 134, 21
expliciti libri 107, 19
expressorium 157, 6
extensa perquam 13, 11 — *per-*
extensi 14, 16

extinctorius: aqua ignis extinc-
 toria 34, 21

facere: annos 63, 3. 87, 27 opera
 125, 24 exemplum 175, 11 nul-
 lius coniugationis fieri 59, 20.
 60, 13 — cum infinitivo:
 41, 8. 108, 11. 170, 28
facia 18, 24. 40, 1. 8
faciens (fort. facilis vel pa-
 tiens) 140, 22
factae i. q. *profecto* 77, 19
facturio 56, 19
factus i. q. *fatus* 30, 17. 53, 20.
 77, 21
falera 72, 4
fambulo dignus gurgo 121, 11
famosi intellectus 127, 29
famosis, e 148, 1
famulus: adverbium verbo —
famulum 67, 19
fario uno 132, 5
fatis (ex coni.) 169, 9
feliciter 70, 8
fer (= epulum) 28, 23. 81, 12
fervesco fervui 138, 10
festim (ex coni.) 80, 10 = con-
 festim 18, 18
fideles doctorum 70, 23
fiditas 14, 22
fillius 113, 15. 18
finis: in fine habent 58, 13
fio: in corporis fit (= est) gustu
 4, 4 concupiscibile fit 52, 9 —
 fitur (situr *N*) usitatum 5, 18
 — edicta fiant 175, 30
fisici 85, 19 — in *fisicis* gnarus 91, 5
fistilla modela 14, 1
flagrum quod flagrat odor est
 28, 21
flagum 28, 19
flammosus 24, 6
florisso florissas 140, 16
fonum i. q. *verbum*: 13, 3. 4. 7.
 16, 7. 26, 17. 76, 7. 9. 77, 5.
 11. 78, 3. 7. 79, 17. 22. 80,
 23. 27. 29. 82, 20. 90, 8. 17.
 19. 114, 1. 174, 6

forciosus 9, 2. 70, 6
formatio verbi 134, 16
fortitudo: haec consuetudo tenuit fortitudinem 164, 8
fragon, ex fragore flammae 6, 13
frontes dictionum 135, 18
fruuntur ab eo, eum, eius 162, 14
fulgor ingenii 133, 17
fulgorea flamma 91, 11
fumaton, de fumo 6, 14
functorius: in functorio carmine 54, 8
fundatus orbis 106, 18
fuscator 25, 21
gammulis (gambulis V) caraxandis 7, 13
gammus 12, 3
gande temporum 17, 7 g. diei diutina 122, 2 (cf. *Wende*)
gannae (fort. Cannae) 9, 5
garbellum 29, 2
geometres id est expertos herbarum 22, 7
geometria 17, 22 — *geometrica ars* 22, 4
generis variatio: utroque (i. e. mente et ratione) carent 23, 19 avaritia et voracitas quae Tantalo vernacula sunt 27, 26 cuius deferentia hoc erit 112, 13
genetivus: *literarum* ob hoc *forciosae* sunt 9, 10. 81, 10
genialogia 40, 19
gentilis 135, 30 — *scripta gentilium* 135, 34
gerundium et gerundivum: pronomini tractando finis hic dabitur 49, 15 tradendo in artem scribendi 140, 10 caraxando 162, 6 al. — complenda erunt = complebuntur 105, 12 credenda forent 157, 31
gestu (ex conl.): nec *gestu separabuntur* 71, 14 *gestu utentur* 71, 15

glifia 137, 12
glifus: a glifis sensuque subtilibus recipitur 77, 10
glos, gloris 36, 22 — *glores* 87, 13
glutini literarum 11, 5
gnarus 30, 20. 76, 14. 92, 21. 111, 1
gnotus 106, 22
goela 9, 7. 28, 2
goelanus 28, 3
graduum variatio e. g.: de inferioribus ad superiora hoc est de incertis ad certiora 65, 7
grama 17, 21. 19, 11
gratantissime 114, 18
gratulantissime 87, 25
gratutum cantilicum 81, 10
gresus i. q. verbum 16, 1
gurgo 18, 13. 121, 11
hfascon 10, 12 — *hcorda* 10, 14 — *htronus* 10, 14 — *hpalanx* 10, 14
hastare se 165, 29. 166, 3
habere: tractatum 51, 10 initium 64, 13 — simplicius habetur 60, 27 fiducialius (ex conl.) h. 106, 28 — sub eadem declinatione habent 63, 22 — cum infinitivo: discerni 33, 21 agere in natura h. 63, 12 pati 63, 17
haec regula ut 54, 13 *haec ratio quod* 53, 2
haveo 108, 6
hele 21, 21
helus helius 45, 7
heroicum metrum 25, 1
hic: *heae* 109, 15 — *hii* 33, 11. 22. 35, 14. 135, 19. 172, 18 — *hiic* 19, 3. 25, 7. 32, 9. 107, 19. 26. 115, 3. 140, 32. 151, 28. 17. 156, 17. 175, 14 — *hiis* 4, 20, 7, 14. 13, 19. 14, 14. 15, 7. 28, 13. 40, 1. 44, 13. 127, 20. 131, 26. 136, 13. 138, 15. 139, 30. 151, 14. 154, 27. 155, 3. 160, 28. 164, 27. 165, 18 —

hisdem 4, 9. 114, 27. 32. 115,
29 — in his nunc temporibus
106, 1

hostium 28, 19 — *hostiolum* 28, 19

huc 124, 15 — *huic* 128, 8. 141, 20

hyperbatico more 162, 25

hyperbaton 81, 24

iectare 21, 1. 75, 24

igitur: sed aliter *igitur* ra dici-
tur 83, 11

ille, illa, illum 124, 10 *illus*
45, 3

illice, istice 127, 27

immosus: *immosioris elo-*
quentiae 20, 10

impus 110, 7

in: in hoc tempore 18, 5 in
longo t. 65, 10 toto in polo
3, 1 in toto orbe 120, 4. 149,
16 in tota Europa 109, 15 uno
in loco 125, 7 — in hoc modo
seducuntur 169, 8 in proximo
est 82, 18 — in eandem for-
mam ussi 71, 5 in totum 175,
5 — in (o m.) 107, 5 (Affricam)
109, 13

incastratura 169, 19

incedo = *incido* 121, 10 inci-
dere multam conperendinatio-
nem 129, 24

incerti auctores 126, 27

indicativus in enuntiatis
relativis talibus saepis-
sime: sunt qui etc. — pro
coniunctivo in interro-
gationibus: 50, 14. 113, 32.
23. 114, 11. 127, 27. 145, 28.
148, 3. 158, 28. 165, 31. 167,
16. 23 cf. praesertim cum

indigus c. acc. 124, 13 — c.
gen. 167, 22

indubie 47, 12

indubitabilis 114, 14. 122, 17

indubitatus 110, 23. 137, 17.
142, 13

ineffabiliter 23, 12

infamitas 27, 20

infatua mulier 22, 18

infernum 120, 29

infinitivus: constant appli-
care 9, 17 obtendere 26, 15 —
contigit inveniri 146, 25 —
non dubito me obtenturum
123, 8 eventurum 156, 19 —
emittite lucere 83, 9 — me-
mini fecisse 107, 8 consulere
157, 28 interrogasse 168, 25
— timens me tradere — loco
substantivi: in hoc nostro
diligere 54, 1 solis currere 54,
6 assiduam bellare 54, 8 nul-
lam rationem — qua servant
... nec iterum resumii posse
vel debere 124, 24

ignit (fort. *ignit*) 49, 13 *igni-*
tus 24, 6

inmorari in expugnationem
141, 8

inolescit (ex con.) auctori-
tem 81, 28

inpendere mente 82, 24

inpraetermisum tempus 64, 19

improba = incerta 143, 8

instrumenta maiorum 35, 3

insuit (fort. *inseruit*) 17, 4

integrum 113, 17

intercapito 108, 2

interceptio 81, 26

interiectiones inusitatae:
rassam rauc, samia, sarap
(euge), salecon, cetiu, salum,
faticalpin, eugan (euan?),
euax, affario, quesgoor, ta-
tans, pappen, leon

internare 3, 13

internitas 18, 25

intimatus 8, 4

inventus 117, 27

invulae 9, 9

ipsius = eius 125, 12. 133, 24.
165, 7. 149, 9

isce, eace, idce 170, 4

isdem (dat.) 9, 5

isponde = sponte 59, 2

iste = hic 17, 8

- istoici* = *stoici* 150, 9
iter sensus 129, 28
iterato 10, 2. 64, 20. 136, 30
iocum 41, 19
iubelos soni et laetitiae 173, 21
iuvencula 8, 1

lacus, lac etc. 31, 18
lampaditas 86, 26
lance pari pensati 14, 6. 8
lapes — *lapis* 32, 2
lapicula 28, 18
lasescant = *lassescant* 129, 32
latinitates duodecim 88, 22
lectiones 81, 28. 146, 23 (celebres)
lecto 139, 6
lectuosus 28, 2
lege et adsidue 117, 23
legego 137, 1
legero, is, it (declinatur) 66, 3 s. — *legestum est* 8, 13
legitera 19, 13
leporia 17, 21. 18, 23 — *leporicus* 16, 20. 17, 12
levitis 29, 11
libraria 136, 9
licet c. ind. 32, 20. 39, 19. 55, 9 — *unius licet* 6, 1 aliquantula l. 34, 17 incongrua l. ratione 48, 12
licito 47, 6
liniata metra 13, 11
liquisco 9, 8. 139, 8
litteralis declinatio 138, 12
locuplex 18, 23
logium 18, 14
longe: *longe adstantes* 61, 12
quod prope et quod longe futurum 65, 14
loquela latina 53, 19
loquelari more 61, 1
ludi philosophorum 176, 18 s.
lumbrosa hoc est perlonga (latinitas) 90, 3
lunaris ratio 151, 19
luscus 177, 4
lustris, e 33, 5

lusus verborum e. g. regis dolosi dolosos foveant tyrannos 14, 12. 20
luxoriamen 116, 6

macti arte 36, 14
magister adverb. pro docte 70, 2
magnissimus 11, 4
man hoc est virtus 86, 13
mandibula 87, 17
manifestatim 141, 14
mathesin 22, 9
matrix 17, 16
mazaron 22, 12
mealis 48, 21
meatim 44, 19. 169, 3
mederia metra 13, 11
medietates fonorum 13, 4
meditante (fort. mediante) 92, 14
meditativa forma 56, 16
mensurandi pedes 12, 9
mentiuncula 17, 12
metrofia hoc est intellectualis (latinitas) 89, 16
metropolitana urbs 132, 26
metrum 18, 3
militana hoc est multimoda (latinitas) 90, 19
minula 4, 18. 21 (ex coni.)
minutissimus (medissimus *P*) 11, 4
mira i. f. q. verba 106, 29
mis (gen.) 47, 7. 8. 122, 1
mititudo 24, 15
mittere (in e correptam) 60, 4
manum 131, 24
mius 78, 24. 121, 23. 122, 1. 14
moda 4, 2 quadam *moda* 24, 5
cf. omnimodatim
modela fistilla 14, 1
modulatus cantuum 13, 24
molimina gressuum inprimere 7, 5
molos = *multos* 14, 13
monades 11, 8
monosyllabatim 155, 9

monstratur servanda 163, 24
mordatrix 19, 16
mos id est aliut 48, 2
motus animae 4, 4
muesam (fort. *muscam*) 81, 2
mucltari (ex *mulilau P*) 18, 13
multitas 77, 29
multitudo 86, 16
muls 36, 16
multifarius 12, 24 — *multifarie* 45, 1
multiformis 67, 20. 81, 25
multimodis, e 132, 14. 134, 27
multipertitus 26, 13
mundi minoris: hominem mundi minoris nomine censuerunt 24, 8
murmor 32, 5
mus, ma, mum 47, 12 s.
mutificare 134, 33

nas, naris 38, 8
nas, natis 38, 9
nativitas legendi 7, 1
ne longum facies 120, 6
neutrum adi. pro subst.: maris profunda 19, 4 humana 83, 3. 87, 1 al.
nexura 169, 20
nidum = domicilium avis 40, 12
nimie = valde 4, 8
nisi quia 127, 26. 129, 17. 135, 30. 154, 3. 19. 163, 28. 176, 2
nocere c. acc. 177, 5
nomina primi status 28, 10
nomo mone enne et ar (?) 78, 6
noro 59, 22
nostralis 48, 2
notarius: porro multi sunt qui instar notariorum dissimili quidem scriptura partes latinitatis — adnotare solent 77, 26
nugas (adverbium) 158, 3
nullificare 135, 2
nullum = nihil 36, 8
numande 173, 21

numeralia: *traa* 12, 16. 14, 15. 25, 9. 41, 2. 72, 23 *quingenus* 150, 21. 151, 18 *decim* 10, 20. 11, 1. 63, 2 *duovienti* 149, 27. 31 *vincensimus* 82, 3 *trienta* 10, 20. 49, 19 *octuaginta* 10, 23 *trigenti* 14, 7 *quadracenti* 10, 22. 23 *quingenti* 10, 20. 22 *octocenti* 12, 16 *noncenti* 10, 23
numeratio magnifica 18, 4
numerus pluralis: *pecuniarum contractus* 3, 2 *pedum mensurae* 7, 16 cf. 7, 2. 138, 1. 151, 8 al.

obliquus: ex *vienti* 15, 16 *obliquo* 67, 19
obtendere quaestiones 26, 15 *te- nebrae lumen obtendunt* 34, 21
occupata (?) haec eadem 121, 7
occursus = *occasus* 19, 3
odio — *odivi* 59, 3
ogduadesorationum partes 108, 6
offendio 5, 9
olim pro olim 152, 8
omnimodatim 4, 12
opus facere 12, 5 (*syllabae*) 29, 17. 20 (*superlativi*)
oracula latina (= *orationes l.*) 6, 18
oratorium latinitatis 4, 21
oratus sermo 88, 11
ordinatum exponere 50, 11
ordire 4, 4. 174, 24
origo, origonis 40, 9

pada i. q. pars 3, 14. 67, 17
palculis i. q. pauculis 8, 12 (cf. Schuchardt, *Vok.* II 496, III 306)
pansura 137, 13
paratio metrorum 24, 25
pareant = *appareant* 177, 5
parilla (ex *coni.*) in homine similitudo 4, 4
parisso 140, 17
partes coniunctionum 53, 6

- participia*: ad se venientes
 — suscipiens docuit 133, 21
 ubi nihil crispescium reman-
 surum 142, 23 perdoctum =
 perdocendum 153, 16
parvitas mea 109, 10
patisso 140, 17
pectando id est discernando 86, 4
pelta 80, 10
pendit = pendet 151, 10. 158, 10
pensatura 13, 2
penta 45, 8
pentametrus 25, 1
per (pro abl.) 13, 13. 20. 14,
 5. 25, 14. 33, 21. 46, 8. 60, 13
 75, 2. 3. 78, 3. 87, 20. 135,
 20. 149, 1. 150, 5. 151, 23. 24.
 25. 152, 3. 153, 7. 22. 25. 155,
 6. 27. 29. 164, 6. 167, 13. 170,
 3. 174, 9 a per pedes 86, 14
perfectis, e 42, 3
perfendio 4, 1 perfendiens 19, 7
 perfendere 18, 22
perhoc 172, 6
permissivus 141, 2
perordita 156, 3
perpendiunt 107, 23
perpersior intellectus 144, 15
persanatio (fort. personatio)
 metrorum 12, 18
pertendere scribendo 64, 15
perventans 150, 15
pervidatio 19, 11
per usque ad 14, 17
pes i. q. syllaba 16, 1
philosophare 126, 17
pictura = fictura 19, 19
placor 49, 13
planitia 24, 15
plastum 4, 5. 7. 8, 6. 23, 11
plebis (nomin.) 38, 5
plenaria verba 55, 9
pleri = plerique 121, 17
pluraliter 46, 9 al.
plus aedificent lectorem 177, 5
 — plus solito 15, 1
plusquam = plusquamperfec-
 tum 65, 4. 66, 19. 67, 5. 10
poema (fem.) 17, 24. 18, 7
poera 28, 16
polluens falsitate 61, 21
polus = mundus 3, 1. 38, 13 al.
pope: populus ex pope hoc est
 fortitudine 21, 5
possessores (Hintersaßen)
 19, 6
possitare (fort. prostare) verbis
 adhuc ex integro possitanti-
 bus 168, 7
postlatio 154, 33
poteo 59, 16 potebunt 92, 17
potissime 129, 25
potestas: in potestate (est) 82, 17
praecentum 165, 11
praecedente = praecedente
 171, 20
praelatum habere 20, 20
praelium: praelio hoc est in
 pelago 20, 17
praepalo 18, 4
*praepositiones inusita-
 tae*: con, salion, cyron, trasso,
 matyrion, rectim, statuum,
 relas, farax, longeon, sarium,
 sepelum, gabil, caom, livim,
 levim — respon, aspon, pe-
 ripsa, absit, aram — padon,
 lindon, madus 173
praeposteratus: 3, 14. 154, 10
 (ordo), 135, 18 (inscriptio)
praeposteritatus 82, 16
praesens = praestans oratorio
 19, 2
praesertim cum — feci 156, 11
praesumere: tum undegreca vel
 hebrea nomina verbave scin-
 dere debet praesumat 79, 16
praeterita (petestia P) 72, 24
precae temnuntur 14, 11
preces precis 111, 9
presina hoc est spaciosa (lati-
 nitas) 90, 16
presus = pressus: in presis
 statuantur 156, 6
primativus 27, 18
primatum verbum 26, 4

primogenus 91, 4
primum 50, 13
principaliter usurpatum 52, 2
principatum habere inter 13, 22
pro: *pro eo videlicet quod* 53,
 11 *pro invicem* 74, 21
probamentum 139, 20
problesmata 88, 1 — *problis-*
mata 173, 20
probo, *probis* 59, 6
procidere = *procedere* 147, 17
proclivus 51, 12 — *proclivis* =
productus 114, 6
profabulo 121, 12
proferre in medio 15, 9
proficere in bonam partem 33, 2
prohoc 171, 22
prolitas 77, 28
promissivus modus 65, 12
pronomēn pers. pro poss.:
sui 17, 24. 18, 1. 20, 18. 48,
 8. 76, 4. 112, 7 *tui* 166, 27
pronominis relativi declinatio varia 131
proprii = *primi* 27, 9 — *pro-*
priae epistolae 156, 9 — *in*
sua propria lingua 170, 1 —
proprius (= *propius*) 16, 3
prorumpentis infantuli e matris
utero 7, 2
prosa metra 13, 10. 20. 23 —
p. persecta 80, 1
prosatici 148, 22
prosatores (ex *coni.*) 155, 14
proscribi ab 9, 8. 9
proximior 174, 16
pueri philosophorum 173, 1
pugilles 20, 24
pugillito, *tas* 60, 21
pugito 18, 27
pulves — *pulvis* 32, 2
pupla = *publica* 13, 27
pus 36, 16. 85, 23. 24. 100. 28.
putative 125, 16

quamquam c. coni. 16, 19. 73,
 8. 16. 26, 24. 151, 16. 154, 15.
 159, 9
quamvis c. ind. 28, 12
quando c. coni. 88, 12
quasi proprium sit 26, 15 —
quasi — *iudicabat* 51, 19
quasiunt pro quatiunt 79, 6
quassum facere de 10, 4. 99
nomen 26, 6 *q. breve* 49, 4
possitio quassorum 50, 5 *con-*
possitio quassorum 7, 11. 8, 3.
 53, 8. 68, 12 *in quassis* 48, 23.
quia c. coni. 5, 2. 3. 33, 11.
 58, 19. 86, 31. 156, 8 — *pro*
accus. c. inf. cum indica-
tivo: 38, 2. 133, 30. 159, 3.
 168, 20. 170, 6. 174, 7 — *cum*
coniunctivo 166, 23 (*verbo*
om.) 163, 30
quidem (fort. *quidam*) 5, 1
quircula 29, 2
quisdam 8, 8 — *quis* (= *qui-*
bis) 57, 3 *quis* = *quibusdam*
 163, 16 = *aliquis* 129, 18
quod ubi acc. c. inf. exspec-
tes: cum indic. 10, 9. 29, 13.
 32, 14. 36, 5. 9. 38, 9. 41, 4. 42,
 4. 13. 52, 13. 55, 7. 56, 3. 110,
 7. 172, 1. 173, 3 (*quod omissio*
62, 26. 110, 5) — *cum coni.*
 11, 7. 13, 2. 21. 16, 2. 21, 1.
 30, 8. 9. 13. 36, 10. 38, 4. 41,
 14. 43, 19. 49, 21. 53, 13. 60,
 16. 72, 13. 26. 78, 7. 87, 9. 15.
 92, 16. 107, 15. 111, 12. 28.
 118, 17. 125, 28. 128, 5. 140,
 7. 143, 4. 154, 26. 155, 25. 159,
 1. 17. 160, 12. 165, 3. 168, 6.
 17. 28. 170, 8. 21
quomodo = *quod* 165, 30
quomodo et qualiter 23, 10 *q.*
et qua ratione 121, 15
quooptari 130, 30
quoquihabi, *quod incocta co-*
quendi habeat dicionem (de-
clinatur) 6, 2 s.
quoties = *quotiescumque* 109, 20

quadrifonus 15, 3. 17
quaerimonari 26, 2 — *quaeri-*
moniari 50, 13

- ratabunde* 156, 2
ratare 49, 21
rationabile = *rationabiliter*
 143, 34
reciperunt = *receperunt* 122, 9
rectogradus 165, 15
redivivit 92, 20
reedificare 149, 13
rees, *reest* 62, 15
regio latinitatis 125, 10
renovatio 108, 1
repositi 135, 33
requia 40, 1. 7
requietionum modi 107, 25
res hebrea litera 27, 13
resedere multo tempore 62, 17
revelativum pronomen 170, 2 —
r. coniunctiones 171, 32
rhetoria 17, 21. 24
rii fort. = *rei* 78, 17
rogs 36, 16
ropha 81, 11
rumina 87, 16
rusin, *de rubore* 6, 12

saficum metrum 25, 1
saltimne 171, 17
sanguissuga 77, 19
sapidiosus 22, 3
sapidium 22, 3
sapido, *inis* 4, 21
sapificare 17, 19. 18, 18
satilibus *pro satellitibus* 82, 11
scalaris medietas 31, 3
scalatim 4, 1
scephora 81, 11
sci sciens 34, 1
scolae Italicae 80, 24 — *Affri-*
canae 80, 25 *Affrorum* 159, 17
 — *scolam construens* 87, 27
scolastici viri 116, 11
scripserare 137, 20. 30
scripturae 5, 18. 89, 1
secrete hastis 68, 6
secta 3, 8. 4, 19. 13, 11. 29, 9. 76, 16
secundarie 52, 3
sedatus = *pax* 133, 32
semedia 89, 6

semigravatus 152, 5
semitula 19, 12. 132, 27. 31
semo, *semis* (*pro semino*)
sempsi semptum 66, 15
semotim 128, 21
sensatus 132, 3
sensus, *sensui* 163, 10
sententia est imitari 164, 16
sequestratus 32, 15. 43, 5
seratissima convivium 106, 11
ses, *sedis* 111, 9
seurus 157, 17. 21
sperno et cerno 152, 10
si (*om.*) 76, 16. 107, 9. 115, 12
 = *sic* 77, 28 — *siquidem* =
namque 150, 2 (*saepius*) —
si tamen 69, 1
sibi = *ei* 8, 11
sibilum 120, 22
sic — *quia* 3, 3 — *sicut* — *sic* 46, 7
sidera = *considera* 34, 11
signa principalia: *mon mah*,
tonte, *piron vel dameth*, *per-*
fellea, *belgalic*, *margaleth*,
lutamiron, *tamimon*, *rapha-*
lut etc. 22, 15 s.
siluleus, *eo quod de silice si-*
liat 6, 15
similis c. gen. 54, 10. 165, 21.
 169, 13 — *cum dativo* 168,
 26. 169, 19
sincolla hoc est perbrevis (*lati-*
nitas) 90, 7
singillo 160, 4. 7 — *singillatim*
 160, 4
sive si c. coni. 71, 12
soceritas 82, 10
soffat i. q. suffat 8, 1 — *soffati*
 15, 7
soffoni 50, 14
sofistica id est arguta 22, 2
sollicismus 29, 16
solulus 48, 20
solum 175, 16
solvi a sese 172, 15 *ut solvatur*
 16, 2
solvitio 77, 18
soma 17, 10

sonet (fort. fonet vel fanet)
7, 14

spela hoc est humillima (latinitas) 90, 22

spiridon 6, 11. 8, 10

statute 159, 23

stellicidia 85, 5

stilus: ad ipsum verbum stili extendamus manus 134, 9 uno stilo caraxari 170, 15

stoica supputatio 150, 21

studiturus 168, 9

sua hoc est domus 116, 10

sualis 48, 22

suare 116, 14

sub: sub eadem declinatione habent 63, 22 s., uno tempore unoque stilo 107, 14 sub his nominibus 111, 2 sub una dictura dicuntur 170, 16 sub uno momento 177, 3

subdentes 12, 14

subfiguratio 134, 17. 148, 26. 149, 8

subiectum iteratur: unus quisque legentium — omnis 132, 14

subiunctim 170, 3

subministratorius 43, 8

subostendo 128, 9

subsedeo (= nachstehen) c. dat. 31, 2

successus noctis 112, 23

suffonitur (id est supponetur add. in V) 10, 7. 162, 32

suffunta i. q. suffulta 8, 9

sugare: natura sugante 79, 31

super (= de) 26, 5

superequito 31, 2

superficies = species 31, 5

supervenio 118, 16. 17

suprascripti summa 150, 6

suspirium habere 35, 1

suis = eius 136, 7

syllabula 16, 16

synalypsa 116-20

tamen = inde 70, 16

tego, *tegas* 59, 1

telleus: sapientia 3, 10. 15 plastrum 4, 4

tempora: quod enim non potest ad praesens tantum non potest et fortasse aliquando possit, quod autem impossibile est — nequaquam poterit effici 20, 6 cum rettulissem ac — volverimus 122, 13 cum genitivo cassui adhesserit — opus facit 29, 20 sol utroque numero flecti non prohibetur sed singulari numero sol ipse luminare erit; ast soles nominamus in quibus — inluminat 38, 11 habuerint — procreabunt; habuerint — faciunt 41, 8 si habuerit — praeponi potest 47, 3 si admiserint — manifestum est quod 55, 24 si habuerint — apparet 56, 2 manifestum est cum — habuerit 57, 17 ferunt prout — fuerint 71, 20 si produxeris — facis 115, 14 si scripseris — producta est 115, 21 cum duplicatur vel cum syllabam recipiet 124, 11 mirantur — quare declinabitur 140, 17 si scriptum audieris — contendis 142, 13 cum obiecerimus — responderunt 154, 21 quae secundum partem ex qua veniet intellegitur 160, 17 sicut fuerit — agit 161, 13 si e scribatur, futurum tempus aestimatur 167, 12 tunc fiat quando — consequetur 170, 10 debuit finire nisi quod cogit 174, 6 — consecutio temporum: mutarunt ut — vocent 28, 12 quaerimoniautur cur — conponitur cum coniugatio — soffoni ante deberet 50, 14 sunt verba quae — venire possent 64, 3 ut renovatior esset — intercapitant 108, 1 cum interrogaremus

utrum — servari possit 133,
28 composuere scripta ut —
accedat 139, 17 interrogarem
qualiter variata sit 141, 31

*tendere ad metrorum exposi-
tionem* 12, 21

testimonium (idem fere
quod sententia) 91, 25 caput
testimonii 10, 3. 51, 13 — t.
compositio 49, 22 t. finis 161,
14 t. virtus 135, 3 — testi-
monia 91, 23

tetra 45, 6 — *tetrasyllabata*
155, 22

textura 164, 6

thors hoc est rex 111, 20

tibio 115, 28

tonitruum sonus 91, 9

tonus 18, 3

tornores logii 18, 14

totulus 48, 21

totus = omnis 80, 24. 161, 17
— in totum 59, 29

toxicum (adiect.) 142, 8

transcendere syllabas 11, 8

transedere (transsedere *N*) in
latinam linguam 5, 8

transitorie 19, 6

tribulatio 24, 17

trifonus 15, 3

trissyllabata 155, 20

tualis 48, 22

tum deinde 25, 15

tun 68, 2 — *tuncon* 68, 6

tuo, *tuis* 115, 21

turbinosa profunditas 24, 22

tus 47, 17

tutus 144, 27

typicale verbum 71, 11

typicare 71, 10

ullulus 48, 21

unicornus 38, 3

uniter 166, 22

unulus 48, 21

unus: in unum positi 49, 19

urguere 168, 16

uspis 45, 2

ustrax, de urendo 6, 13

usurpare vocabulum 5, 5

usurpeo, *pes* 59, 10

ut: commodum videatur ut mo-
morem 17, 14 — cum ind.
110, 25. 129, 34 — ut fit 28, 20

utillius 49, 22

utrique 121, 22 *utrisque* 51, 2
— *utrimque* 171, 32

utuntur = solent 141, 5

uxorare: uxor quae a viro uxo-
rata fuerat 86, 16 uxorata est
mulier 22, 19

valde peroptimum 167, 4

variatio modorum: sunt
multa nomina quae nominativo
tantum contenta — privantur
sicut etiam quae — flectantur
36, 14 non mirandum erat, si
etiam neutraliter — invenire-
tur 68, 20 qua per figuras con-
positas sensus vel explentur
vel inmotentur 149, 1 — nu-
meri: siquidem infaus appel-
latur — hiis dumtaxat quae
caraxandis per ceras gam-
mulis *eisdem* indicent 7, 14
est etiam verbum et adverbium
hisdem literis caraxari solita
115, 30 quae autem media —
sunt *hoc* nec refutabis 142, 11

varifarius 132, 2

venae sapientiae 18, 15

ventilabilis 148, 1

verba gerendi vel typici 70, 22
71, 7. 9

*verborum collocatio inusi-
tata*: non nos necesse est
flectere 44, 6 interectionum
significatio et quia trita et
quia pene supervacua — iudi-
cata est tantum dico 76, 1
obtusis una stellis cum luna
84, 2 in tribus divinae unita-
tem substantiae personis 108,
17 — cf. etiam 116, 11, 155,
26 al. quod propter (= propter

quod) 150, 12 prima est quarum (= q. e. p.) 148, 29
verborum formae inusitatae: clussit vissit vessit 11, 16 — tinguit 19, 5 attinguat 23, 7 depinguat 25, 12 — infiens 17, 19 infivit 27, 8. 152, 31 fio (declinatur) 66, 18 — nasciens 40, 23 forint (= fuerint) 11, 12 — vellim 52, 11. 15. 81, 21 vellis vellit 52, 16 vellint 42, 5 — agebuntur 51, 15 interrogam audibo agebo 58, 23 — accepere 52, 8 dixere 55, 4 — lexisti 54, 9 vincxi 59, 28 adivi 60, 13 praeterivit 153, 19 eam (fut.) 60, 16 faciatur 80, 29 suxa fuerint 88, 3 vaticinatus fuisset 105, 4 reddita fuisset 121, 2 repperieris 110, 23. 142, 7 desinuerit 117, 7. 16. 143, 22 malluerit 132, 31 censeunt 138, 13
vernaculatim 117. 24
vernale i. q. proprium 11, 5
versidici 155, 25 al.

veru 6, 5
vesper, *vespere*, *vesperum*, *vespera* 112, 12
vestralis 48, 2
vice altante 17, 7 — *vicem agere* 91, 24
vicius, qui pene mortua membra suo vigore vivificat 6, 15
victito, 136, 28
victorio 140, 29
vidare 40, 18. 42, 6. 51, 16. 18. 52, 15. 58, 24. 63, 13
vincico 136, 33
vinus 86, 23
vir *viris* 37, 18
vis (declinatur) 37, 17
vitiatim 159, 12
vitio suo 25, 21
vocaco, 137, 4
vocales = *vocabula* 68, 10. 75, 4
voluntatim 160, 9
voluntativus 141, 2
vors vortis 163, 17
vulgares opiniones 39, 6
zaza i. q. *gaza* 80, 17
zandu (?) 53, 20


Corrigenda et addenda.

- p. 14, 18 l. secundum illud Lupi
„ 22, 6 adn. l. hac f. om.
„ 44, 17 *add. in test. Exc. Bern. 198, 30 et Leid. f. 76^a:*
 Adverbia — ipso.
„ 45, 14 l. genitivum
„ 60, 25 adn. l. FIGVRA N
„ 62, 21 l. induxerit
„ 65, 27 l. noscantur
„ 72, 12 adn. *add. DE CONIVNCTIONE N*
„ 72, 15 l. ita dumtaxat
„ 128, 23 l. licet se
„ 149, 26 l. singularis
„ 167, 16 l. *oriuntis*
„ 174, 13 l. *aput* nomen
„ 177, 7 *fort. sic legendum: nam quia adverbium — coniunc-*
 tionem ut at, cogimur in praepositione ad scribere
 per d.

①
250-3
Per

0





BINDING SECT. JUN 6 1975

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PA Virgilius Maro
8443 Virgillii Maronis grammatici
Al Opera
1886

